Nouēbris Romę erit ut ait. Fac ut in te ſpero. De me nihil tibi ſcribo. Pr̄ meꝰ rariſſime eſt domi: nihil p̄ter volūtatē eius incipe audeo. Nullā vacanciā apud nos audio: oīa ſūt trāquilla. Scribā plura ꝑ D. Io. Burckardum. Vale. Me ama. Ex Argentina ad. v. ydꝰ Septembres. Anno A natali Chriſti M. cccc. lxxxi.

Denuo petit grām extrahi: & florenos xvi. mittit Petrus Schottꝰ Inſigni Decretoꝝ Doctori: Mgr̄o Vito Mæler de Memmingen: tāq fratri ſuo chariſſimo S. P. D. Si vales bene eſt: eqdem dei gr̄a valeo. Scripſi ad te diebus ſupioribus: ut aduenīēte tp̱e/ q̊ gr̄ę expectatiue dabunť: impetrares vnā ꝓ q̊dam p̄ſbr̄o mihi valde familiari: dn̄o Martino Lauri de Vingen Conſtancieñ diocesis. Nūc tibi ꝓ eius expediciōe mitto ꝑ D. Io. Burckardū florenos ſedecim Renēſes. Petebat ut ſub forma pauperum extraheret: ſed ut audio q̄uis paup ſit: itē bn̄ficiū nullū hēat: tn̄ abſencia ſua a curia id nō patiť. Quare rogo ut fideliť iuues virū bonū & paupem: atq in ſignata obtineas: ut ſi q̄ priuilegia in Bulla poſtea extrahere vellet: poſſet pinde ac ſi cū illis ꝑuilegijs ſignata emanaſſet. Id tu meliꝰ nouiſti q̄ ego. Extrahes āt ad collacionē Ep̄i et Capl̄i Argen. & noīatim ſingulariū pſonaꝝ de Capl̄o q̄s D. Io. Burckardꝰ tibi dicet. Itē ad collacionē Abbatiſſę monaſterij ſcti Stephani Argeñ. In his poteris nō minus obſeq mihi q̄ ſi ꝓ me qcq faceres. Si qd ex his aureis tibi ſupfuerit: ꝓ labore tuo ſerua: ſin amplioribus egueris: ad me ſcribe. Nōdū recœpi a te diſpēſacionē illā ī cauſa Matrimoniali: qūo res ſe habeat ignoro. Pro me nihil tibi cōmitto: niſi ut me ames & ī priſtina beniuolēcia tua cōſerues. Te eñ plurimū ut par eſt obſeruo: amoq. Mgr̄ Ioannes Muller te plurimū ſaluere iuſſit: dū nudiuſterciꝰ apud me eſſet. Vale. Ex Argen. Idibꝰ Octobris. Anno a natali Chriſtiano M. cccc. lxxxi.

Ociosum se non esse sed sanum: & parentum sororisq statum narrat.

Petrus Schottus Arcium liberaliũ Mgr̃o peritissimo dño Ioanni Rot in Tambach Curato: amico nõ secus atq fratri charo S.P.D. Graciam tibi habeo vir amicissime: q mei et meorũ tantope curam geris. Verum vt cercior reddaris: ego cum nihil agam: nunq tamen in ocio sum: ita me parentum onus: quod cũ priuate tum publice subire coguntur: ad se nectit. Alioquin sanus dei gracia viuo. Pater grauedinosus abijt Legatus ad Fœderatos. Mater domũ anxia curat. Soror filium enixa: apud nos puerperam agit. Cur ad te nõ venerim: aduersa valitudo nõ est in causa: occupaciones quas dixi effœcerũt: ut neq p̃sentem patrẽ consuetudine mea priuare: neq absentis vices negligere vellem. Magister Iohannes Muller decimũ ante diem sanus a me recessit. Cura ut valeas: atq existima me tui obseruãtissimum esse. Vale. Data Argentina ad. xiij kl. Nouembris. Anno dñi. M.cccc.lxxxi.

Meminit iterum extrahendę gracię et priuilegiorum: expectat dispensacionem pro amicis.

Petrus Schottus Insigni Decretorum Doctori Magistro Vito Mæler de Mẽmingen: frĩ suo charissimo S.P.D. Scripsi ad te vir optime / diebus iam pridem exactis: de gracia quadã expectatiua impetranda: p quodam Martino Lauri de Vingen: presbr̃o Constancieñ diocesis: ad duas collationes: videlicet Episcopi: Capituli & singularium personarum de Capl̃o Argeñ. Item Abbatissę Monasterij sancti Stephani in ciuitate Argeñ siti. Subiunxi etiam me pecuniam missurũ per D. Iohãnem Burckardũ. Sane eadẽ adhuc est petitio mea: et qm̃ vt intelligo sub forma pauperũ extrahi non potest: quia sit absens a curia: rogo alioquin sub meliori forma supplicacionem concipias: qua putaueris expe

dire. Dedi ante mensem / sexdecim aureos Reneñ. do
mino Iohanni Burckardo: ut tibi eos numeret. Hic ut
spero anteꝗ̃ lr̃as has receperis: tecum Rome erit. Itaqꝫ
si nõ sufficiat hec pecunia pro Bulla & salario tuo: scri
be ad me: et curabo ut plures habeas: Id tñ velim: ut in
supplicacioe eciã interserat̃ / si possit: ut si op us fuerit
postea priuilegia necessaria extrahere possit. De his sa
tis. Nondum rediit ad nos Laurẽcius mercator: cum
quo spero me visurum lr̃as tuas: quas cũ altero Lau-
rencio nullas dedisti. Expecto eciam dispensacionem
illã: in causa Matrimoniali. Ego te amo mi Doctor:
& ita existimes velim: si in quo tibi prodesse possem:
me ea facturum / que amicicia nostra postulat. Hos q
ad te lr̃as has ferũt: ita tibi commẽdatos esse velim: vt
si qua ĩ re iuuare eos possis: gratũ mihi admodũ fœce-
ris. Noti mihi sũt amboꝝ Parẽtes: immo & vicini no
bis vtriqꝫ. Seruire vellẽt si copia esset. Itaqꝫ mea causa
fac: eos recõmendacionem nostrã iuuisse intelligant.
Vale Ex Argentina q̃rto Nonas Nouẽbres. Anno a
natiuitate Christi. M. cccc. lxxxi.

Mutatam esse sentenciam de extrahenda gracia: &
de dispensacione.

Magister Vite vir optime / scribo ad vos p̃sentibus: et
prius scripsi: ut in p̃sonã cuiusdã Martini Lauri: grãm
expectatiuã extraheretis. Sed mutata est sentencia Nõ
ẽm sperat inde aliqd posse cõsequi: ideo nullã a D. Io-
hãne Burckardo pecuniã recipietis. Q̃ꝫ si qd prius ĩ ea
causa expẽdistis: soluite vobis de pecunia mea / quam
apud vos habetis: et scribite mihi. Similiter in causa
Matrimoniali: quia difficilem scribitis: nihil amplius
peto. Valete.

Excusat se cur nõ scribat ꝓ q̃dã amico: aliud dat cõsi
liũ. Sacerdocio se iniciatũ: et an p̃oposas aut p̃uatas
p̃micias habiturꝰ sit dubitat: de eaqꝫ re cõsiliũ petit.

Petrus Schottus Prestantissimo Decretorum Docto ri domino Thome Vuolff: Canonico Vuormacień. precœptori ornatissimo .S.P.D. Cōsolarer te exulantem vt quereris Doctor præstantissime: nisi tute tibi pro incredibili prudencia tua/efficacissimum leuandi tedij genus adhibuisses. Nam quid viro docto iucundius esse potest: assiduitate lectionis: quid vero decencius: modo in deum clementissimum omni ex parte lectionem deducat. Quod ad rem Thome nostri attinet: ampliorem longe prouinciam pro vtilitate eius non detrectarem. Verum Magistro Iohanni Burckardo & mihi visum est: in rem Thome conducibilius fore: nil tale quod tu mandabas: per me Engelhardo scriptū iri. Tum qa familiaritas qua is mihi iunctus est: tanta non est: quin nouerit me arciori longe necessitudine: tibi & tuis (meritis id tuis) obstrictū esse. Itaq ex eiuscemodi meis lrīs suspicaturus: te metuentem cause tue: supposuisse aliquem: qui simulatus: familiaritatis pretextu/eum vt desisteret hortaretur. Durior nimirū et audacior redderetur Tum quia vt virum noui: Epistolis nō cedit. Memini quociens in lite/quam cum magistro Ioanne Rot inceperat: & per me & per nuncios suos: Prepositum et Decanum sancti Thome in vtilitatem suam admonitus: vix tandem consensit. Quobrem honestius tibi tuisq fuerit: eum per auditorem Rote compesci: q litteris tuorū incassum hortari. His igitur causis non sum obsecutus verbis tuis: mēti vero vt spero nō cōtraveni. Neq em̄ te ambigere crediderim me tuū esse. Vnū est qd te monitū Parētes mei & ego volumus: vt q p tuēda pbenda Thome tui sollicitaris: vite quoq eius racionē geras. Et q honestiori medio iudicaueris/efficias: vt de cetero nō apud D. Theobal. Fuchs: sed apud D Ioannē Onheim: per Otiliā eius educet. Grauissima

etem̃ tuſſi cõcuſſus: niſi ad Otiliã receptus fuiſſet: vitę quoqꝫ diſcrimen timendũ fuerat: adeo puer delicatus fideli cura indiget. Narrabit & famulus tuus. Deo optimo grãs hẽmus: quia iam ſanior puer & plene incolumis: ſatis durũ laborem ęuicit. Ego ſi de meis rebus audire cupis: nudiuſtercius ſacꝝ pſ biterij ordinẽ diuino munere cõſcendi: vtinã digne. Quanã die prima ſacrificia deo pri ſim oblaturus: nõdũ dęcreuim⁹. Veꝝ vnũ eſt: q̊d nos ambiguos reddit: an ſolemni cõuocatione amicoꝝ &c̃ (ut aſſolet) an vero tanq̃ res ſacratiſſimas: ſine om̃i ſęculari pompa celebraturi ſim⁹ Tu ſi adeſſes: cõſilio tuo obtẽperarem⁹. Itaqꝫ ſi cõtingat te ad nos paulo poſt lr̃as dare: hac quoqꝫ de re precor ſententiã tuam ſignifices. Libros q̊s a me comodatos habueras Bar. ſup. C. & ſup prima pte. ff. noui: & tractatũ clauſularũ pręſente famulo tuo recępi. Id tibi ut ſignificarẽ: ip̃e iuſſit. De reliquis nihil noui eſt in rebus nr̃is. Tu vt valeas bñfacito: ididem ños deo iuuãte curabimus Me tibi cõmendato / cõmendaciorẽ eſſe velim. Ex Argentina. x. kl'. Ianuarias Annorũ Chriſti M.cccc.lxxxij

Cupit amiciciam animorum effectibus tandem patefieri.

Petrus Schott⁹ peritiſſimo Decretoꝝ Doctori Mgr̃o Vito Mæler de Mẽmingen: tãq̃ fr̃i chariſſimo S.D.

Si vales Doctor chariſſime / plurimũ gaudeo: ego diuina gr̃a ſanus ſum. Vellẽ aliq̃n ut vel tu mea: vl' ego tua opa egeremus: vt noſtrã beniuolentiã / quã anio mutuo gerim⁹: effectus quoqꝫ patefacerẽt: q̃q̃ tu me pluribus iuueris. Scis quid dico. Si prebẽda aliqua vacaret: nihil eſſet reliquũ ſi Romã ſcriberẽ: tibi rem concrederẽ. Simlr̃ ſi quid a me petis ꝓmptũ videres. Duos Aureos quos a me habes: quia ignoro quem in vſum vertere debeas: diucius ſeruato. Vale Ex Argentina

ad quartū kal. Marcij. Anno a natali Christi M.cccc.lxxxij.

Petit ꝓ se lr̄as cōmendaticias ad summum Pontificem.

Petrꝰ Schottꝰ Reuerēdo et religioso prī: fratri Emerico de Kemel: ordinis fratrꝝ minorꝝ de Obseruancia: et nūcio Aplico: maiori suo plurimū obseruando S.D. Reuerende in Christo pater: & maior plurimū obseruande: Humanitas illa singularis/quā domui nostræ dum Argentine essetis: diebus superioribus exhibuistis: utpote quā præsencia vestra reddideritis illustriorem: audēciorem me reddidit ad scribendū: & supplicandū paternitati vestræ in causa: quæ mihi plurimū cum omni honestate Deo optimo cōcedente sit ꝓfutura. Supplicabit sanctissimo dn̄o nostro Papæ pro ꝑsona mea: in causa quadā ꝓbendali. In qua cum pro motoribus egeam: qui sanctitati suę grati esse possint qui accomodacior sit paternitate vr̄a/inuenimus neminē. Itaqꝫ genitor meus reuerenciā vestrā plurimū oratam esse petit: ut lr̄as vestras cōmendaticias/huic nuncio nr̄o adiūgere velitis ad Sanctissimū. Quibus et parentē meū iam in Mgr̄atu sūmo vrbis nostrę cōstitutū: & huic negocio cruciate valde affectū: ut forsitan ex lr̄is prīs Ioannis de Laudenburga intelligetis: meipsum eciā cōmendare dignemini. Id sane polliceor: qꝫ neqꝫ ambicioni/neqꝫ auaricię obsequimini. Nā quicquid hac in re tento: hunc in finē dūtaxat statuo: ut cum quiete & pace cordis: Deo optimo maximo seruire possim: sęmotus prorsus a sęcularibus et negociosis cōmercijs: qbꝰ cōiugalis status obnoxius est & deuinctus. Quobrem cum vos religionis ꝓmotorem esse sūma vitę integritas ostēdat: vos vehementer oro ut cōmendacione non vulgari/sed efficaci uti velitis. Curabo ego: curabūt & mei ne īmemores aut ingrati

iudicemur. Nondum vllus vobis honor a re pu. nr̄a exhibitus fuit: verum id egit repentinus vester abscessus. Nam ut primum vos concionantem audierant: statuere continuo: prandium vestrum subseques: muneribus huiuscemodi honorare: quibus principes ornari a re pub. nostra consueuerunt. Ego me vobis ita commendo & dedo: ut amplius deditus esse non possim. Ex Argentina Nonis Aprilis. A natiuitate domini Anno M.cccc.lxxxij.

Mittit libros. Valitudinem Sororij describit.

Petrus Schottus Eximio artis medicæ professori: Doctori Iohanni Vuidman: phisico principis Badeñ. fratri charissimo. S. P. D. Vir venerabilis: libros alios nō mitto: preter eos / quos ipse emisti. Reliquos enim nisi duobus aureis & quarta vendere recusauit. Sororius meus eadem febre laborat: nondum tamē minuit sanguinem: quod vbi cras fœcerit: speramus meliorationem. Hodie frigus vehemencius q̄ antea: a secūda post meridiem vsq; ad quartā: deinde ad octauam vsq; / calorem passus est. Tūc in pectoralibus et dorso resedit: derelictis membris extremis. Si quid significare potes: quod conducere iudicabis: fac queso. Nos ama Vale. Ex Argētina Sabbato post Vdalrici: hora octaua post meridiem. Anno M. cccc. lxxxij.

Desiderat presenciam absentis in thermis: patrem esse apud Confœderatos.

Petrus Schottus Celeberrimo atq; Integerrimo sacræ Theologię ꝓfessori: Doctori Iohanni Geiler de Keisersberg: maiori suo obseruādissimo. Salutē ī eo sine quo (quicqd est) vanitates sunt & insanię falsę. Siue tedio torpueris: siue supra q̄ satis esse iudicaueris: litteras ego tuas vel minutissimas legisse mallem. Etem non sine fructu / eius saltē tp̄is q̄ eas reuidissem: a me

susceptę fuissent. Nam etsi forte monitis tuis non obtemperassem: tñ ea ip̃a a te præcepta mihi esse: supra q̃ dici possit: iucundũ fuisset. Annus propemodum mihi lapsus videt̃: quo absfueris: ita tui dęsiderio ducor. Deus optimus te nobis reducem faciat: & id cito Verum cum balnearũ gr̃a ſęcesseris: cupiunt omnes ut ita pergas: ne incępisse pœniteat. Vt itaq̃ litteris pecijsti: pollicitus est mihi Procurator fabricę: currũ apud vos futurũ: ad dominicã ante solẽnia Virginis. Id ego nomine Patris absentis curaui. Absens aũt est genitor meus in negocio illo turbatissimo: accitus a Confœderatis ad Baden: quod superius dicimus. Illic de summa rei tractari aiunt. Vtinam ad pacem magis q̃ ad Bellum diffiniant. In eo cõuentu spero vel pacẽ vel bellum efficient. Deus quod melius nouit esse: p̱ salute omniũ hominũ nobis concedat. Mittimus ad vos hominẽ perlepidũ: qui si oneri fuerit: abigi poterit. Dominã cõmatrẽ meã/matrẽ tuã/& reliq̃s viros optimos velim moneas: ne aliter sese prebeant: q̃ eius balnei condicio deposcit. Quid amplius? Indulge corpori: ut anĩe labores annuos p̱ferre sustineat. Deo te scis non ingratum quippiam hac in re committere. Pro me rogo ora: ut me Deus in se cõseruare velit: nõ solũ inq̃ p̱ essenciã: sed & p̱ grãm. Mater mea te ut bñ valeas: iucundusq̃ sis: hortat̃. Idem vt verbis eius/cęteris dicas: præcipue Dñę & matri Fridrichen: plurimum orat. Vale Ex Argentina kl. Sextiles Anno M. cccc.lxxxij.

Agit gracias pro beneficijs. Describit statum Nepotis.

Petrus Schottus Insigni Iuris pontificij Doctori Magistro Thome Vuolff: Canonico Vuormacieñ. dignissimo: p̃cęptori suo ornatissimo. S. D. Hũanitatẽ & incredibilem in me benificenciam tuam: & pręsens lu

culentissime exercuisti: & absens prætermittere non potes. Adeo prorsus animo tuo me infixisti: ut neq; pirum in viridario tuo decerptum sit: cuius me partē non volueris sortiri. Nobilitatem animi omni ex parte demonstras. Nam cum pro immensis tuis erga me beneficijs: a me graciam referri tibi congrueret: tu tamen quasi parua contulisses: nō cessas munificenciā tuam: nouis semper donarijs efficere illustriorem. Deus optimus velit dono beatitudinis bonitatem tuam in me compensare. Equidem quod ad me et meos pertinet: id agemus: ne obliti beniuolencię tuę iudicari valeamus. De hijs hactenus. Q͡ꝫ sanus viuas: qua ve voluptate animi: ad me vellem perscriberes. Plane tui (quod equidem sciam) omnes deo autore bene valēt. Et ipe Thomas Canonicus tuus acerba propemodū tussi hactenus concussus: leniorem iam condicionem morbi suffert. Adeo / ut iam aliquot dies nihil tale perpessus sit. Ne verearis: cura diligenti adseruatur: & a domino Thebaldo: & si quid possumus & Parentes mei & ego presto sumus. Verum eo per graciam Dn̄i res deuenit: ut iam nihil sit quod ea in re timeamus. Tu vide Doctor ornatissime: ut tui ipsius rōnem habeas: & eam accuratam ut incolumem te nobis præstare possis. Que alia noua scribam nulla scio. Vale. Ex Argentina Nonas Nouembris. A natali Christiano M.cccc.lxxxij.

Petit ad se rescribi: & fidē nō esse in Boemo iocat. Statum suū narrat.

Petrus Schottus Magnifico atq; Generoso domino Bohuslao de Hassenstein Dn̄o sibi maxime obseruādo. S.P.D. Q͡ꝫ q; ignoro: vbi nā genciū vitā agas vir hūanissime: prorsus ignoro: domū ne redieris: an adhuc int᷑ Italos bonis artib⁹ opam impēdas. Tn̄ oportunitas M. Valentini de Ponte nūcij: cuius fidem te po-

tissimũ narrante cognoui: effœcit/ut in Castellũ quo-
q; vestrũ lr̃as ad te meas pferri curarem: si forte a Bo-
hemia responsionem merebũtur: quã in Italia tociẽs
missę nõ impetrauerũt. Nemo mihi facile persuasisse:
Bohuslae: me ita tuo potuisse excidere aĩo: ut nõ di-
cam nõ mihi responderes: sed tuapte ad me nõ scribe-
res. Neq; eñ id cõuenerat: ut semoti corpibus: ea quo
q; quę ad amiciciã tuendam ptinerẽt posthaberemus.
Quin pocius tu dies noctesq; obtestabaris: vt lr̃arum
vicissitudinẽ nũq; intermitterem: id ego cũ pnissimo
consensu spoponderim: quod ad me ptinet: sine frau
de nõ modo impleui: sed et tibi viam significaui: qua
tabellarioꝝ ad me facultatẽ adipiscereris. Veꝝ tu/qd
multis opus est: si te mutuus amor qui in meipõ nihil
prorsus ĩminutus est: non mouet: pfecto exprobra-
ciones hee in te nihil faciũt. Sed qd m ęcũ stomachor?
gratus es. Magnificatorem rerũ vestrarũ Pium scd'm
falsitatis insimulari non poteris: qui vestri generis vi-
ros fidei tenaces scripsit. Id etẽm sic accipi oportere:
ut Iohannes ille Canonicus Eistetẽsis interptatus est:
tu satis supq; testimoniũ affers: qui et id ita accipiendũ
iudicauit. Non qd' fidem seruent: sed quia apud se te-
neant: id quod pmiserũt. nec in effectum foris dędu-
cunt. Conuiciari me tibi: si adhuc me amas: mihi non
succensebis. Nosti eñ quã egre paciatur amicus iniu-
riam ab amico. Sin amare desijsti me: me Hercule lon
ge ampliorem increpacionẽ mereris. Sed oẽm hanc
indignacionẽ a me vindicabis vel vnis litterulis: qui-
bus de condicione & voluntate in me tua cerciorẽ fœ
ceris. Ego iam per dei grã eum statum adeptus sum
in quo me sperem salutem animę deo concedente cõ
sequi posse. Plane si nihil aliud ex amicicia tua cõsecu
tus essem: saltem illud maximi facio: q tuis hortacio-
nibus prudentissimis in ęlectione vitę: quã mihi con-

stitueram: cũ sępe vacillarem: corroboratus fui. Deo benignissimo sit laus immortalis. Sed vide vt & tibi bene consulas. Scis quid dico. Ego nunc vsq; adeo ꝓcessi: vt ad festa Natiuitatis ꝓxima: presbiterij sublimitatem sim suscepturus. Deus omnia accepta habere velit. Vbi annum residencię compleuero: in Canonicatu sancti Petri iunioris: si deus dederit: Theologię operam dabo. Tu si quę reliquię amoris apud te restant: quid suspẽsum tenes? fac intelligam. Per Nurenbergam si tibi res cordi foret: comodissime mittere posses. Aut per patrem Iohannem Nigri Priorẽ Pręedicatorꝝ Ratisponeñ. Q uẽ cum diebus superioribꝰ Argentinę conuenissem: pollicitus est omnẽ se opam daturum vt ad me lrẽ tue peruenire possint. Vale Ex Argentina: ad. xvi. kl'. Decẽbris. A natali Anno. M. cccc. lxxxij.

Bohuslaus Bohemus clarissimo Iuris vtriusq; interpꝰti domino Petro Schotto de Argentina amico singulari. S. P. D. Cuperem ad te late scribere: sed tot molestijs circumseptus sum: vt nihil prorsus agere possim. Non satis est enim venetos hostes nobis iminere: sed eciã pestilẽcia vrbẽ populat̃: quę tñ oĩa graciora mihi sũt: quã patrię calamitatẽ intueri. Lrãs trinas a te recępi: qbus an viuã ędoceri cupis. Habe breue respõsũ.

Viuo: licet nostrę forsan Rhamnusia vite
Inuideat: sed diua parens quę pandit Olympũ:
Non sinit hanc animã: donec cõmissa priora
Elueret lachrimis: terrenum linquere corpus.
Non Lachesis nõ Clotho mihi nõ Atropos vlla/
Sed genitrix aderit: sũme veneranda Tonantis.
Cui mare/cui tellus/cui coeli sidera parent:

Hęc tulit auxilium misero: Stigięq; paludi
Eripuit: calidū prope iam Flegetonta videntem.

Quid aliud scribā nescio: quippe q dubito an hæ lrę unq; ad te ꝑueniēt: adeo incertū eas Bononiā misi. Ex eo em̄ tēpe / q̄ Daniel recessit: nullū ꝓrsus nactus sū: q ad te ꝓficisci vellet. Itaq; si me idcirco tui imemorē putas: q raro a me lr̄as suscipis: iniqu⁹ es (ne dicā peius) q me inaudito: sn̄iam de meo ī te aīo fers. Petrus accelerat: & nō ꝑmittit aliud scribere. Vale. Tuus sū si unq; fui. Videbo te cicius: q̄ speras forte. Data. M. cccc. lxxxij. Die. xx. Maij. Duo paria cultroꝝ mitto: & in Hesiodum cōmentum.

Refocillaciōe opus esse: pręsertim ī loco pestilēti.
P. S. Clarissimo Decretoꝝ Doctori Mgr̄o Thomæ Vuolfio: Canonico Vuormacien̄. tāq; Parenti charo S. D. P. Q͡ꝫ vir humanissime / lr̄is q̄s ad te pridē scripserā: nōdū respōdisti. Nō alia vt arbitror rōne: q̄ q̄d nihil eaꝝ rerū cōtinebāt: qbus tu solis dętineris: serij dico & negociose sollicitudinis. Tamē nōnūq; remittere seueritatē: & leuioribus his nugis locum dare: vel prudētissimi viri cōsueuer̄t. Id vero cū expediat oīb⁹ tibi ꝓbe perq; necessariū esse: oēs q te amant iudicauerūt. Equidē cū inter ignotos in loco (vt aiūt) pestilenti verseris: nisi meticulosū illū animū tuū / iucūdiore cōuictu refocillaueris: verendū ꝑfecto fuerit: ne supra vires opp̄ssus: timore ꝑiter oneratus & curis: succūbere compellaris. Id itaq; vt facias: hortant̄ te imprimis tui: qb⁹ ut Lōgeuū Patrē reducas: opepciū admodum videt̄. Noua q̄ apud nos sunt: narrabit uuncius Decanus noster possessionem adeptus est in octaua Martini. Tui bene valent: & ut idipsum in te cures: te magnope hortant̄. Vale Ex Argētina. xi. kl̄. Decembres M. cccc. lxxxij.

Se sacerdotem infra tricesimum rem diuinam face-
re: hortaturq; ut et idem dominus Vitus quādo
q; facere meditetur.

Petrus Schott⁹ Egregio iuris pōtificij Doctori Mgr̄o Vito mæler de Memmingen: tanq; fratri charissimo S.D. Et valere te: et accessionibus tuis amplissimis maximope gratulor: vtinā deus optimus perseuerare lōgos annos cōcedat. Ego iam diuino munere summū sacerdocij culmen: q̄uis immeritus cōscendi: atq; adhuc intra tricesimos solennes dies / quotidianū illud illibatum sacrificium patri omnipotenti mitto. Te vt aliqn̄ idē mediteris agasq; : & Decanatui tuo cōsulas hortarer vrgeremq; : nisi tuā tam probam consciencia aliquando cognouissem: qua tute quę te deceant: efficere studes. De his tantū. Tu vt me solito amore complectaris facito. Si quid esset quod Romæ mihi expediendū occurreret: nemo esset cui te vno plura confiderem: eadem ut a me speres velim: nec frustra decipieris &c̄. Duos aureos Renen̄. si adhuc apud te sunt: huic Laurencio si placeat tradas. Is em̄ cuius causa ad te miseram eos desiderare videt̄. Quę noua scribam ignoro. Ego de deo cōtentus / vtinam gratus esse possim: de tam innumeris in me beneficijs suis. Tu vide vt et animę tuę in primis racionem habeas agas. Datum p̄cipitanter ex Argentina pridie Nonas Februarij. A natali Christiano. M.cccc.lxxxiij.

Vnum est: quod pro p̄cipuo illo amore in Magistrū Iohannem Muller tuo / te vehementer oro: ut si cōtingeret nouū creari Pontificem summū: ipsius memor esse velis: in obtinenda gr̄a expectatiua p̄ p̄sona eius: Ad collacionem Episcopi & Capituli Argentin̄. Capitulorꝫ sanctorꝫ Thomę & Petri iunioris Argentin̄. meliori forma & modo / quib⁹ tu optime nosti. Quę impenderis: proculdubio a me tibi rependentur. Age

ut magister Iohannes et ego speramus. Ipse scriberet: sed Argentine non est.

Excusat tarditatem lr̃arum. Agit gracias pro consilio dato sup̃ celebrandis primiciis.

Petrus Schottus Clarissimo Iuris Pontificij Doctori Mgr̃o Thomę Vuolff: Canonico Vuormacieñ maiori plurimũ obseruando. S. P. D. Quod ad te tantisper lr̃as non dęderim: vel occupaciones nostrę effœcerunt: vel quod nihil opepreciũm in rebus meis iudicaui: quo aures tuas obtũderem. Et q̃uis nec adhuc noui sit quippiam: quod ego tua interesse cognouerim: tamen ne me negligencię insimules: malim apud te dicacior videri: q̃ non satis benificiorum in me tuorũ memor. Quod ad nos ptinet: sani per ĩmortalis Dei graciam & Parẽtes mei / & tui / & ego viuimus: salubriora de te pcipere desiderantes. Prudenter quidem solennitati oblacionis nostrę primarię consuluisti. Verum tamen & si ante perfectum negocium lr̃as tuas recęperimus: res tamen iam integra non erat. Quippe cũ iam pridem Canonicos & Vicarios vniuersos Collegij nostri inuitauissemus: & preterea sacerdotes ppaucos: ex Cõiunctis autẽ nostris / nisi quos sine probro prętermittere non potuimus: sex aut octo ad summũ Itaq; sollicitudo tua perq̃; grata nobis fuit. Verum pinde fœcisti ut consueuisti. Vtinam erga deum ĩmortalem oracionibus compensare possem. Plura scribere tempus: et obruens me obstrepenciũ turba vetat: inter epulas etenim hęc dictabam: quare ut bene valeas cura. Granaria tua plena te opperiũt: ita / ut iam quę ad D. Laurencium Hell pertinent: in domũ tuã / quã ego incolo deferant. Iterum vale. Ex Argentina kl. Marcij. Anno dñi. M. cccc. lxxxiij.

Se & suos incolumes esse narrat. Aduentum optat.

Petrus Schottus Celeberrimo medicinę Doctori: Magistro Ioanni Vuidman: Phisico principis Badeñ: maiori obseruandissimo S.P.D. Si vales cũ tuis Doctor ornatissime: ex optatis nostris res agitur. Nos etenim diuino munere: & tuo incolumes (ut arbitramur) vitam agimus. Pręcipue vero Soror mea de conualescẽcia sua: te cerciorẽ esse cupit. Lr̃ę hijs iunctę post abscessum tuum ad nos datę fuerunt. Q̃d aliud scribam non habeo: nisi ut nos (quod consueuisti) ames: et aduentum ad nos matures: ut amplior nobis sit graciarũ agendarum facultas. Magistrum Iohãnem muller ex me saluere iubeas. Vale Ex Argentina. vi. kal. Iunias Anno M.cccc.lxxxiij.

Gracias agit pro compassione sui morbi. Optat reditum. Sperat officio eum sacerdotali satisfacturũ: & negocia sęcularia posthabiturũ.

Petrus Schottus Clarissimo Iuris pontificij interpreti & Doctori Mgr̃o Thomę Vuolfio: Canonico Vuormacieñ. maiori plurimum obseruando. S.P.D. Quãq̃ te ex infirmitate nostra turbari dolebã: iucundum tñ mihi vehementer ęueniebat: beneuolẽtissimũ animũ tuũ / quẽ rebus ꝓsperis sępe senserã: in aduersis quoq̃ mihi nõ deesse. Verum clemencius mecũ egit cęlestis Pater: q̃ et nos et Medicus sperabamꝰ. Ipsi laus & gr̃a: tibi ãt grãm habeo: quã vtinã referre aliqñ possim Q̃d ad te ptinet: gaudeo residẽcię tuę terminũ aduẽtare: tum q̃ ad tuos te Deo duce recipies: tũ q̃ mihi & patronũ: et alterũ ferme parentẽ tecũ adduces. Tui qd̃ equidẽ sciam & mei ĩcolumes sũt oẽs. Sili modo Canonici nr̃i: p̃ter Prępositũ: q tercianis laborat. Quid aliud scribã ignoro. Nam neq̃ ego seria scribere noui: neq̃ tu nugis delectaris. Parentes mei se plurimũ tibi cõmẽdãt. Pręcipuũ aũt genitrix: quæ miro desiderio aduẽtũ expectat tuũ. Eã potissimũ ob causam: qd̃ spe

rat te int̃ tam cõpositos diuiaꝝ laudũ concentores: il-
luc usq; p deuocionẽ ꝓfecisse: ut extẽplo cũ repeda-
ueris: sũmissarię tuę munus/p tete ipsum sis executu-
rus. Breue est qd᷑ me tibi pręcipere incredibilis amor
cogit: q neq; p̄sbr̃m dignũ xp̃o: sęcularib⁹ implicatus
negocijs agere põt: neq; q sic implicit⁹ est: nisi vim si-
bi faciat: & funem ut Hieronym⁹ docet nõ soluat: sed
rũpat: facile unq; extricari valet. Vale Ex Argentina
pridie kl̃. Iunias. Anno M.cccc.lxxxiij.

Languisse se narrat. Statutũ q̃ddã vrbis Argentiñ. significat obstare /ne Pater suus in causa quadã moneatur.

Petrus Schottus Eximio Iuris pontificij Doctori Magisto Vito mæler de Mẽmingen: lr̃aꝝ apl̃icaꝝ sollicitatori dignissimo: tanq; fratri charissimo S. P. D. Si bñ habes vir p̄clarissime: vehemẽter gaudeo. Nos em̃/ego inq; & mei deo clemẽter nobiscũ agẽte: bñ valemus. Q̃sq; cũ ad me lr̃ę p̄ferrẽt tuę: tã graui et molesto morbo decubuerĩ: ut nec post q̃ndecĩ dies eas legere: p̄ dolore et calore capitis posse. Q uid m̃l'ta? Iã et Coniuncti et Medici me nõ in viuoꝝ: sed mortuoꝝ numerũ deputabãt. Sed alit̃ Deo maxĩo visũ est. Vtinã ad meritum mihi vitã ꝓrogauerit. De causa Abbatis in Ot-tenburn: de q̃ mihi antea scripsisse significas: nihil prius a te recępi. Verũ res ĩ scriptis agit̃: & certis dilacio-nibus: & actricis & reę p̄tis merita cognoscent̃. Spero Cõsules vrbis nr̃ę nihil acturos: nisi qd᷑ piũ & iustum censuerint. Nõ autem expediret vel genitorem meũ vel cęteros ea in re quicq; moneri: nisi nolles in sentencia ferenda: eos sup hoc ꝓnũciare. Ita em̃ statutũ iura-tum est: ut qua in causa quisq; ꝓ altera parcium rogatus fuerit: in ea sentenciam ne dicat. Q uid aliud scri-bam? nisi quod soleo: meq; et mea tibi offeram. Duos quos habes aureos: a me tibi pro dispensacione/ ĩ cau

sa quadam Matrimoniali missos: vel diucius serua: vel Laurencio presenciũ latori trade: & scribe. Magister Iohannes muller Canonicatum: & ut arbitror Decanatum in Pfortzheim consecutus est. Deus te & tua fortunet. Si qua in re opa tua egerem: vterer pro pristina amicicia confidenter admodũ. Eam ut de me spem habeas velim. Vale in Domino. Ex Argentina Nona die Iunij. Anno M.cccc.lxxxiij.

Condolet infirmitati.

Petrus Schottus Celeberrimo medicine Doctori Magistro Iohanni Vuidman: fratri plurimũ obseruando S.P.D. Non sine vehementi dolore Doctor insignis accepimus: Parentes mei & ego: te tam infesto decubare morbo. Neq; enim potuit non molestum nobis esse: cum te (cuius industriosa fideliq; opa: quantum per homines effici poterat: in piculosissimis egritudinibus: incolumitatem recuperauimus) intelligerem9 talibus pturbari incõmodis: quibus curandis: vicẽ rependere nõ valeremus. Verum speramus rem ipsam fama leuiorem esse: & Dominũ deum non defuturũ tibi: & te sospitem nobis: quem tam lõgo anhelamus tempore: transmissurum. Si quid sit quod tibi per Parentes meos vel me fieri petas: significa libere: inuenies re q̃ verbo veriores. Tibi non deerunt oraciones mee: vtinam deo maximo ita sint accepte: ut te prope diem apud nos sanum et incolumẽ sim visurus. Pluribus te non obtundã. Tu si potes: fac significa ut vales. Non enĩ satis nostri compotes sumus: nisi de rebus tuis cerciores facti fuerimus. Prepositus ecclesie nostre ad balnea vestra diuertit. Per vectorem eius nobis significare poteris: si quid sit quod nos facere velis Dominus deus te sanitati reddere dignetur. Vale Ex Argentina ad.xvij.kal. Septembris. Anno M.cccc.lxxxiij.

Optat balnei salubritatē. Munuscula mittit. Petit reditū: ob penuriam Canonicoꝝ Capitulū re-presentancium.

Petrus Schottus Venerabili atq; præstanti viro domino Iacobo Hagen: Cātori et Canonico ecclesię sancti Petri Iunioris Argeñ. maiori sibi plurimū obseruādo S. P. D. Quoniam ignorantibus nobis: et perinde ut surrepticius termaꝝ vaporacionem adijsti: non potuimus te abeūtem: quēadmodum tu nobis antea fœceras: muneribus huiuscemodi balneacioni accomodatis pręuenire. Itaq; et Deum immortalem magnopere rogatum velim: ut adaquacionem hanc tuā: prosperā & salubrem tibi faciat. Et te vehementer oratū: ne hęc nostra volatilia contemptui habeas. Iamdudū siquidē dęsideraui: quod ad te mitterem: sed & venacio et vectura tam repentina fuere: ut neq; munera cumulaciora: nec Epistolam producciorem efficere potuerim. Doctor noster Thomas Vuolff ad nos redijt: propediem Vuormaciam rediturus. Tu fac ut termis indulgeas: nō secus ac mihi prius persuasisti. Vtpote/ne cū redieris: diem vnum aut alterum balneacioni tuæ deesse queraris. Hæc vbi probe pro necessitate confœceris: ad nos te repedare operepcium est admodum. Ad eam etenim penuriam Canonicoꝝ numerus deuenit ut plerūq; per duos Capitulū celebrari contingat. Sed obtundo verbis. Pater et Mater mei: se oracionib⁹ tuis plurimū commendant: & salutem profectumq; in balneis perq; maximum optant. Vale. Et oremus ꝓ inuicem ut saluemur. Ex Argentina. xi. kl. Septēbres A natali dñi M. cccc. lxxxiij.

Congaudet prosperitati. Suadet ne curię negocijs: conscienciam vulneret. Iacobū Marchionem Badensem: cum præceptore Parisius profectum esse.

Petrus Schottus Insigni Decretorum Doctori: Magistro Vito Mæler de Mēmingen: sollicitatori litterarū apostolicarum: uti fratri charissimo. S.P.D. Te bene valere: et honoribus tolli: ac ęmolumentis / accessionibusq; subinde locupletari: maiorem in modum gratulando letor: & ut tibi saluti sint sempiternę vehementer exopto. Sed vide ne vł ambicio hyantem te ducat: vel opum præsertim ecclesiasticarū (quæ pauperibus debentur) mole graueris. Ne ve solicitudo nimia negociorū forensium obstrepet ei curę: quā animæ tuæ: & saluti debere te nouisti. Scilicet / ne apostolicę littere te vetent: apostolicis monitis obtēperare. Q̄q̄ eīn te spero pro integritate tua: bonæ beatęq; vite impēdio: studioq; ampliori operam dare: q̄ ego lr̄is attingere: & monere possum: tamen pro continuanda & confirmanda amicicia nostra: nihil mihi visum est expediēcius: q̄ de eo te cōmonefacere: p quod in perpetuas ętates fœlicissime sit duratura. Præsertim cum inter eiusmodi verseris: quæ nisi accurata diligencia tibi prospicias: vix sine consciencię purę iactura tractari possunt. Sed hec hactenus: ne te forte indignātem obtundam. Verū humanitas tua irasci mihi nescit. Tuus sum: & tuam beniuolenciam confirmari cupio. Magister Iohannes muller cum primogenito principis Badeñ. Parisius rediit. Causa Abbatis in Ottenburn (ut audio) nondum finita est. Ciues nostri si possent declinarent: ne iudicium ferre cogerentur. De termīs causę nihil mihi notū est. Vale. Et me ama. Deum p me ora. Ex Argentina xiij. kł. Nouēbris. Anno M. cccc. lxxxiij.

Graciam expectatiuam p amico expediri rogat.

Petrus Schottus Eximio Decretorū Doctori Mgr̄o Vito mæler de Mēmingen: lr̄ar; apłicar; sollicitatori

tanq̃ fratri obseruandissimo. S.P.D. Scripsi nõ multos ante dies Vir pstantissime lr̃as tumultuarias: quibus tibi supplicaui: ut graciam expectatiuã expedire velles: pro quodã amico meo Ioanne klein de Pliensvuiler: presbitero Argeñ diocesis: ad Collaciones ecclesię Argeñ. Episcopi / Prępositi / Decani / Thesaurarij. &c̃. Capituli diuisim & coniunctim. Item Abbatissę & Capituli Monasterij sancte Richardis in Andelo Argeñ diocesis. Si eas lr̃as recępis: spero te mihi morem gesturum: sin minus tibi sunt reddite: iterum atq̃ iterum oro: signaturã eius graciæ obtinere q̃primum cures: & deinde mihi significes: quid pecuniarꝝ pro lr̃arꝝ expedicione: & salario tuo: tibi mittendum veniat. Siquidem in ea mora non erit. Vellem quoq̃ intelligere: quemadmodum valeretis: tu & dominus Iohannes Vueschbach. Nihil em̃ de vobis lõgo iam tempore ad me perlatum est. Vtinam dominus dirigat pedes affectionũ vestrarꝝ in viam pacis. Vale vir amicissime. Ex Argentina Anno ab incarnacione dñi M.cccc.lxxxiiij.

Orat: ut Decano psuadeat: q̃tenus iniuriã familiari illatã: remittat.

Petrus Schottus Viro doctissimo atq̃ integerrimo: sacrarum litterarũ Doctori Iohanni keisersberg: maiori plurimum obseruando. Gracia & pax. Iniuriam illatam Vdalrico Stromeiger iuniori: nõ ignoras vir pstantissime. Pater illius / qui facinus perpetrauit: cũ sim ei compater: me lachrimis obtestatus est: ut has ad te darem litteras. Narrat deductũ esse negociũ inquirendę cõposicionis ad eum: qui lesus fuit: & illũ nõ renuisse oblatas cõdiciones: sed tñ in eo pstitisse: se nihil prorsus initurũ: nisi ex voluntate domini sui: nobilissimi viri Decani Argeñ. Cõtinuo cũ haberetur racio placandi eiusce reuerendissimi hoĩs: visum est eis: per

me te rogari posse: per te autem dominum meũ De-
canum: ut is in ea re austeritatem mitigaret. Quippe
cum ipsi parati sint: pro omni voluntate partis lesę cõ
cordiam acceptare: hoc est: ut ei de damnis / & iniurijs
acceptis: plenaria satisfactio exhibeatur. Ea in re si qd
agere possis quod proficuum sit: gratum mihi fuerit:
tum propter compatrem: cui debere videor: tum pro
pter dominũ meum: ne videatur clęmenciæ: quæ vel
principem summope decet: nihil debere. Tu ipe nosti
quantum scd'm Deum vel agere vel remittere possit.
Nihil præterea rogo. Quod ad Casparem organistã
perinet: cum intellexerim a Patre: rem post tres ebdo
madas terminandam et non ante: nihil innouandum
statui: priusq dominus noster Decanus adueniret.
Ex Argentina tercia ante Apolloniæ: propere. Anno
M.cccc.lxxxiiij.
Petrus Schottus ex psona Sororũ a Clingẽtal minoris
Basileę eiectarum Doctori præstantissimo dño Guiller-
mo de Rupeforti Preces & humiles & debitas. Insig-
nis atq clarissime Doctor: Humanissima bonitas ve-
stra / quam cognouimus inter calamitates nostras: dũ
Basileę turpissime & immaniter rebus & sedibus no-
stris pelleremur: præstitit nobis singularem fiduciam
vestro fauore atq suffragijs / erumnas nostras leuari
& sanari posse. Nihil enim ab eo tempore quo hæc p-
pessę sumus: gracius accepciusq fuit: q quod accessiones
successusq vestros: tam egregie tamq digne audire-
mus fortunari. Itaq primũ excellencie vrę magnope
congratulamur: & ut vobis sit sempiternę saluti hic
honor et regius fauor: Deũ deuotissime oramus. Dein
de nobis ipis maiorẽ in modũ letamur. Iã em / quæ ha
ctenus in solũ Deũ cõfidebamus: cępimus eciã huma-
nã opẽ (q nobis dũ in corpusculo hoc detinemur ne-
cessaria est) non modicã spare. Nã postq recuperandi

Monasterij in Clingental Basilien̄. nulla nobis spes su
pererat: maluimus collectę / simulq; habitantes: quā-
cūq; deus afferret condicionē acceptare: q̄ singule sin
gulis Monasterijs hinc & inde separatim deputari.
Proinde cum nihil nobis accomodacius reperiremus:
acceptauerūt nos hospicio in casas nemorib⁹ obsitas:
in loco qui lingua nostra Rhentingen dicitur: pauper
cule quędam & deuotę xxviij. sorores: in omni pa-
ciencia & penuria labore manuum victum quęritan-
tes. Vbi hactenus perseuerauimus quindecim Refor
matrices cum Reformatis nouem: quę ex Clingen-
tal misero exilio: vi īmani eiectę detrusęq;: manum
celestis Domini maxīo desiderio expectamus: si forte
auxilio misericordis alicuius / atq; magnanimi Princi
pis: eousq; saltem deueniremus: ut ī claustrali structu-
ra / professioni nostrę satisfacere possemus. Ad quam
rem nemo nobis visus est & opibus magnificencior
& animi pietate clemencior: q̄ christianissim⁹ Franco
rum Rex: pręsertim si vestras p̄suasiones & informa-
ciones aptiores q̄ scribere valeamus: adiūgere digna-
tus fueritis. Quāobrem V. hūanitate et pietate fretę
ad M. Regiam lr̄as dep̄catorias mittunt: generosi fra-
tres Comites de Lyningen: Domini eius loci / in quo
nūc misere versamur: quibus nostras quoq; iungi nō
inconducibile videbatur. Hac igitur in re / in qua om-
nis nostra consolacio consistit: ne nos desiderium no
strum fallat: vos obnixe et pro spe / quam in vos vni-
cum post deum summā habemus: cōfidentissime ora
mus: si qd unq̄ preces nostrę licet exiles / licet indeuo-
te / sedule tamen apud deum maximū possunt: perpe
tuo beneficio omnem congregacionem sempiternis
sęculis vobis deuincietis. Id tamen breui habete: si ex
cellēcię vestrę consilium nostrū minus placeat: in ma-
nu vr̄a sit: lr̄as & Comitū & nostras Regie Maiestati

nō reddere. Verū Deus maximus mēti nr̄ę spem dedit: ut videamur auxilio potissimū vr̄o nō incassū petitum iri. Valete in Christo Iesu.

Cōmendaticie Comitū de Lyningen ꝑ Sororibus a Clingental electis.

Petrus Schottus noīe Comitū de Lyningen: Christianissimo Francoꝝ Regi. Salua sit Regia maiestas & in eternū fœlix. Serenissime atq; Christianissime Rex. Amplissima pietatis ac municencię fama: qua ꝑ vniuersum orbem diuini cultus atq; Christianę obseruacionis pręcipuū & fere vnicū pręsidiū Illustre V. M. p̄dicatur: audenciores nos effœcit: ut in re sicuti pijssima / ita vehementer necessaria: per litteras supplicatorias: nomen illud vestrum clarissimū cęlebrius atq; illustrius reddere conaremur. Q̄q̄ aūt nos non tanti meriti simus: erga inclitam Coronam Francorum: ut nostri gracia quicq̄ postulare posse videamur: nō quod animus / sed obsequendi occasio defuerit: tamē res ip̄a tantum honestatis: tm̄ presefert necessitatis: ut nō dubitauerimus: pijssimū atq; christianissimū Regem: p̄cibus nostris / immo saluatoris nostri clementissimi Christi: pro cuius castissimis sponsis verbum facimus: propensum atq; procliuem se prestaturum. Electę fuerunt Rex serenissime diebus nuper exactis & nouo quodam immanitatis genere: e sedibus templi & monasterij ciuitatis Basiliensis: Virgines quędā omni virtutis & religionis ornamento decorę. Nec sane id aliam ob causam factum est: nisi ut his / qui reiecto pudore: solo nomine & vestitu Religionem p̄seferunt & simulant / pateret: his vero quę tenorem obseruancię Regularis summa diligencia conseruarent: eciam quam possidebant: mansio cum vniuersis Monasterij opibus / quibus honestissime alebantur: auferretur. Id quemadmodum fuerit: dominus Guiller-

inus de Rupeforti egregi⁹ atq; celeberrimus Doctor: qui nūc in Curia M. V. fouetur: tunc autem cū hæc cōmiterentur Basileæ degebat: clarius atq; dilucidius explanare valebit. Itaq; cum deuotissimæ Sanctimoniales sedibus orbatæ: & facultatum omnium subsidio destitute: deligendi habitacionis condicionē meliorem non adipiscerentur: in territorio nostro nemoribus pocius q̄ edificijs sese receperunt. Sperantes nimirum succesu temporis: Deo maximo largiente: hominibus autem opem suppeditantibus: ex asperis durissimisq; inicijs: deuocioni atq; sanctimonie: & vero Christiano cultui: aptissimum locum constituendum fore. Verum Rex Christianissime: cum labor & impensa: perinde ut in cœptis alijs: amplior & desperacior nunc: iam circa principia vigeat & molestet: nec possint sine preclari alicuius munificencia: ꝑ sese oībus vel tectū vl' templū constituere: visum est nobis inter omnes Christiane Reipublicæ principes neminem esse: qui his meritis & honori dignius acciri & aduocari posset: q̄ Christianissimus Rex Gallorum. Nihil siquidem iacture prouenit tanto Regi: si vel amplissimum Monasterium construxerit. Nomen vero honoremq; perpetuum consequitur: sed & meritum ineffabile apud Deum: cuius cultui (quo nihil ei acceptius a mortalibus exhiberi potest) restaurando efficitur auctor. Has quoq; sacratissimas virgines perpetua ꝑcum obligacione sibi deuincit. Pluribus vteremur Rex christianissime: nisi certo sciremus erumnosam harum virginum calamitatem & eiectionem: quam propterea quia iustæ viuebant perpessæ fuerunt: iniuriamq; sponsi sui Iesu Christi / qui pro eis orare videtur plus apud clementissimam maiestatem vestram valere: q̄ preces

& supplicaciones nostras. Quis nos quoque si quid in nobis est q̄ M. V. R. morem gerere posse videamur: omni cura & opa diligentissima conabimur erga M. V. & inclytam Frācie Coronam promereri. Cui nos & nostra supplices cōmendamus. Quam Dominus celestis perpetua foelicitate & pace conseruet: & augeat.

Sorores ex Clingental eiecte: rogant ꝑ assistencia Regem Francorum.

Petrus Schottus ex persona Sororū a Clingental propulsarum: eidem christianissimo Francorum Regi. Serenissime Rex atque christianissime: deus omnipotens M. V. & Regnum florentissimū perpetua foelicitate & pace ditare dignetur. Calamitatem nostram Illustrissime Rex prefari deceret: atque clemētissimas aures vestras miseria nostra mollire: si non speraremus: ex līris generosorum & nobiliū Han & Vueckeri Comitum de Lyningen: Dominorum nostrorum: & potissimū clarissimi viri domini Guillermi de Rupeforti Doctoris egregij informacione: V. M. abunde cognituram. Presertim cum tam erumnoso exilio contra phas & equum ꝑmamur: ut non satis decorum esset līris velle: serenissimā M. V. tanta rerum serie molestare. Consueuerunt serenissime Rex maiores & progenitores S. V. admirandas & īmensas opes impendere: instruendis Basilicis Coenobijsque & Clericis: quos illic instituebant: amplissima largitate dotandis. Vnde inter omnium Regnorum principes / non fuerunt: qui Francorū Regi cum in ceteris: tum in hac re potissimū possent conferri. Earum virtutum M. V. semꝑ emulam fuisse plurima templa vel e fundo recenter extructa: vel post totalem subuersionem recidiua: vel locupletissima donacione ornata: luce clarius demonstrant. Hac itaque tam illustri fama: ī grauissimis erumnis nostris: spem

aliquam sumentes: ad. M. V. vtpote vnicum præsidium cõfugimus: supplici prece opem rogãtes: qua ĩ tam lamentabilem condicionem deiectę: saltem claustrali domo tegi: & pro voto nostro deo omnipotenti seruire et famulari possemus. Ea re sane nos: & q̃ post nos venture sunt: perpetua precum oracione obnoxias reddetis. Plura sunt quę christianissimã. V. M. hęc ut faciat mouere possunt. Vel ꝙ contra iustum/templo vi deiectę fuimus: vel ꝙ fœminei generis & eius quidem virginalis: vel q̃d deo maximo velate & dicatę: non (nisi monasterio concludamur) professioni nostrę satisfaciamus. Sed potissimũ impetracionis locũ Christus preclarissimus spõsus obtineat: qui quęcunq; suis vel minimis exhiberi contigerit: sibiipsi facta putabit: & sese cõpensaturũ pollicetur. Eius doni ut se. M. V. participem faciat idem ipse largiatur qui M. V. & Regnum longo ęuo fœliciter tueatur & seruet.

Pro Sororibus in Rhentingen petuntur Indulgencię.

Beatissimo scte Romanę sedis: atq; vniuersalis ecclie Pontifici maximo dño nro: dño Sixto quarto: Frater Thomas Lampertheim peregrinanciũ Sororũ inutilis confessor Ordinis Predicatorũ. Post desideratissima sanctissimorꝝ pedum oscula. Non satis digne possum beatissime Pater de sanctitate vestra cogitare: & scribere presumo. Veniam mihi vilissimo peccatori super audacia hac obtineat: &. S. V. benignitas: & vrgens necessitas. Deuotissimę. V. S. oratrices (ausim adhuc presumere) filię ac peregrinę singulares nuper de Monasterio Clingental minoris Basileę: q̃d ex cõmissione. S. V. reformauerant eiectę: adhuc minus ꝓuisę exulant. In vnũ pariter collectę: in loco q Rhentingen dicitur: diocesis Meteñ: quem nobiles domini

Comites de Lyningē q̄ eciā. S. V. in p̄senciarꝫ scribūt donauerūt. Ad quē q̄dē locū / ut satisfacerem & obtē perarē S. V. ap̄lico breui sup̄ hoc mihi misso: easdē exulantes p̄duxi: cū ip̄as alias nullibi potuissem collocare. Vbi manēt vsq̃ nūc ī magna necessariorꝫ penuria suscepte a q̄busdā paup̄culis ordinis de penitencia b̄ti Dominici: que solo manuū labore viuūt: adiūcta possessione: quā supradicti dn̄i Comites dederūt. Cū q̄bꝰ dicte. S. V. oratrices peregrine: deuotissime ad pedes beatitudīs vr̄e p̄strate: q̄tenus solita largitate: nec vlli q̄dē negata: & ip̄is dignet̄ grām īpartiri: qua p̄seuerare possint: in augmentū diuini cultus: & suā in extrema tribulacione cōsolacionē. Hoc est aūt clementissime Pater q̄d humilime petūt. Vt singulis annis in festo Annūciacionis gloriosissime virgīs: oēs christifideles septē loca cōstituēda ī eccl̄a antedicti loci Rhentingen: in honorē eiusdē intemerate virgīs dedicata visitātes: & manus porrigētes adiutrices: indulgēcias eas cōsequant̄: quas fr̄es ordinū Predicatorꝫ / Minorꝫ & Carthusien̄ septē altaria locorꝫ suorꝫ cū certis oracionibꝰ visitātes: a S. V. q̄ꝫ pluribꝰ anni diebꝰ sūt adepti: & ut duo milia personarum / que elemosinas pias elargirentur: auctoritate et de benignitate speciali S. V. fratribus dictorꝫ ordinum / quo ad pretactas indulgencias prorsus equiparentur: prout supplicacio pro parte earum S. V. porrigenda lacius explanabit. Hanc itaq̃ beatissime Pater graciam: mihi despectissimo vermiculo in comodū tam miserabiliū exulū: & in primis ad honorem patris omniū orphanorū fieri queso: pro ea quā vestra beatissima sanctitas / mihi p̄pria benignitate spopōdit: quam gloriosus deus ī perpetuum exaltare dignetur. Ex Rhentingen prædicto xiiij. kal̄. Marcias. Anno a natali Christiano. M. cccc. lxxxiiij.

Denuo ꝑ indulgēcijs & aſſiſtencia Se. apo. adeo deuote et efficacit̄ ut Sarracenus aut Thurc⁹ his moueri potuiſſet. Sed omnia heu venalia Romæ.

Fœliciſſimo atq; beatiſſimo ſe. Romanę & vniuerſalis ecclę Pontifici maxīo: dño nr̄o / dño Sixto quarto. Petrus Schottus: noīe Sororꝝ ex Clingental ęiectarū. Poſt humilimā ſacroſanctorꝝ pedū deoſculacionem. Btiſſime pr̄: incredibilis et ꝓpe diuina benignitas. S. V. q̄ ſupra ętatū omniū principes nomē īmortale eſt conſecuta: ſperare nos cogit: & proinde certo nobis ipſis promittere: extremam illam & calamitoſam neceſſitatem noſtram: quam propter obedienciam. S. V. exhibitam tolerare cogimur: beatitudinis vr̄e ſubuencione leuatum iri: præſertim cum ea re nobis quidem fructus ampliſſimus: at. S. V. meritum immarceſſibile ſit acceſſurum. Sane non latet beatitudinem veſtram ut arbitramur: quemadmodum mandato S. V. primariū Monaſterium noſtrum obediencia ꝑmta deſerentes: in Conuentum Clingental minoris Baſileę inueſtiri nos paſſę ſumus. Illum ęciam tribus ferme annis ꝑ auxilium beatitudinis veſtrę in obſeruancia regulari continuerimus: Sororibus pleriſq;: & earꝝ quę prius illic fuerant: & quę nouę ſnꝑuenerūt nobis accumulatis. Poſtremo poſt tractat⁹ iuges & anxios S. V. credim⁹ nō incognitos: in mādato cœpto nō potuiſſe pſiſtere: ſed cōtumelioſa et ſeculis nr̄is inaudita rerū innouacione eiectas eſſe: cū īmanibus & abominandis (quę dicere pudet) verborꝝ & factorꝝ iniurijs: effractis violenter portis Conuentus / Eccłe / & Chori non ſine deteſtanda: ut plurimū veremur: violacione templi diuini. In quo tn̄ ſine recōciliaciōe myſteria ſacra in hodiernum vſq; diem exercent: quod ſane am-

pliori nos affœcit molestia: q͠ miserabilis & erūnosa expulsio nostra. Quandoquidem non credimus tale quippiam a sanctitate vr̄a præceptum fuisse. Q̄obrē post huiuscemodi spoliacionem prestolabamur annū integrum: si forte. S. V. facinorosam hāc/ & Christiano nomini indignam puicaciam: iniquo se animo ferre ostendens: innocenciam et obedienciam nostrā pio ac paterno vultu contueretur: ꝓ muliebri simplicitate nō animaduertentes: nō posse vnius Monasterij calamitatē solicitare eum: cui tocius orbis gubernacio & iudicium incumbit: nisi recenti rerum cōmemoracione: diuina illa tanti Patris miseracio fuerit excitata. Ita q͠ sanctissime Pater inclinate saltem hoc momentulo paternas vestras & fœlicissimas aures: ad nos exules huilimas mulierculas: minimā partem cōmissar̄ vobis ouium: & vel parūper miserię nostræ cōpaciamī. Eo clęmencius & ampliori misericordia: quo veriꝰ intelligitis: nos ex Monasterijs duobus collectas: in exilio/in heremo dęserta: ambobus expertes cœnobijs: cōmunem adhuc tolerare penuriam pocius q͠ vitam. Etenim omni fere humano destitutę auxilio: dęsideratissime præstolamur: quid. S. vr̄a inopibus suis orphanis sit impensura. Non dubitantes: quin immēsa hec benignitas vestra: quę vniuersum christianū orbē largifluis exhilarauit donarijs: in nos indigentissimas S. V. filias: solitam munificenciā et graciam sit remissura. Nempe vel id nobis profuturum confidimꝰ: q̄d hec omnia quantacūq͠ sint sustinemus: ꝓpter iusticiā & obedienciā huic sanctissime sedi & beatitudini vestrę impensa: quā vt Pater omnipotens longa incolumitate in ęternam fœlicitatem conseruare velit: maxime opere rogamus. Datū in exilio nostro Rhentingen xiiij. kl'. Marcij. Anno Christi. M. cccc. lxxxiiij.

Se quartum Scoti ex quodam doctore minorꝝ Argentine audire.

Suadet auariciȩ & p̄ltati B̃n̄ficiorꝝ nõ seruire
Preteritos sermones in memoriã reducit.

Petrus Schott⁹ Viro ꝙ̄celebri Mgr̄o Vito Mæler de Mẽmingen: solicitatori lr̄arꝝ aplicarꝝ: ac Decretorum Doctori: fratri carissimo. S. P. D. Scripsi ante menses duos ꝑ D. Leonardum Sturm ordis sc̄ti Benedicti: & desideraui orõnes corã. S. D. N. habitas. Eas si illi nõ tradideris: obsecro ꝑ hũc nostrũ tabellariũ mittas Fuit apud nos Ioannes nr̄ Vueschbach mẽse supiori: q Comitẽ illũ celebrem Osualdũ de Dyrstein associat: cõsiliariũ Sigismũdi principis Austriȩ. Is mihi plane aperuit institutũ tuũ: te ꝓrsus adeptũ esse animũ curialẽ: hoc est reb⁹ agẽdis accomodatũ. Vide mi Vite: ne te cupiditas absorbeat. Insensibilẽ em̃ reddit quecũꝗ; ꝑfecte occupauerit. Memini quũ nõ semel aut iterꝝ: sed sȩpenumero asseuerare solebas: existimare te ꝑnicio sũ eẽ admodũ: si eccl̄iastici viri nimijs copijs abundarẽt. Proinde si tibi opes essent: ut B̃n̄ficio alicui fundãdo sufficerẽt: nequaꝗ; velle te: ampliorib⁹ ꝓuentibus b̃n̄ficiatũ locupletare: ꝙ; q̄draginta aureis Renen̄ annuis. O q̄nta rerũ ĩmutacio? Iã tu q̄draginta Beneficia malles: ꝙ; q̄draginta aureos ãnuos. Deficit me scribendi tẽp⁹: q̃ min⁹ aĩo meo satisfaciã. Nã q te totũ amem: & vnice diligã: nõ viderer amici officiũ ĩplere: nisi tibi vel mod[illegible]s errata detegerẽ. Mi Vite christiani sumus Christi monita amplecti nos decet. Nõ possum⁹ Christo seruire: & Mãmone. De his satis. Quæ antea aperiri & significari mihi per te cõcupiui: nisi molestũ sit facito. Dñm Leonardũ de Egloffstein saluere iube: & dñm Antoniũ Britenoriẽsem p̄cœptorẽ meũ in lr̄is grȩcis. Vale. Ex Argentina ad terciũ Nonas Decembris. Año. M. cccc. lxxxv.

Cur scripserit alias lingua vernacula.
Amicum commendat.

Nolui his lr̄is videri: interdictū esse aspectū tuum mi Doctor. Senas em̄ vsq₃ pri⁹ delatę: ad me repedarunt: Itaq₃ tibi eas remitto: & q̄ apud nos noua sunt: volui te lingua nr̄a intelligere: ne ea int̄ Italos: & Italorū curialiūq₃ mores adeptus: ꝓrsus dedisceres. Respōsionē tuā ad has: & ad eas q̄s supioribus dieb⁹ ad te dedi litteras expecto. Animū i me cōceptū fac cōserues. Et in Mgr̄m meū Iohannē Molitoris: Rectorē Vniuersitatis Parisieñ. qui se tibi cōmendatū esse postulat. Omnes q̄ me nouerūt: saluere noīe meo iube. Ad sedecimū kl. Aprilis. Anno. M. cccc. lxxxvi.

Lr̄is suis se a Febre q̄dāmodo leuatū: gr̄as agit.
Gaudet saluū redisse in Germaniam.

Petrus Schottus Pręclarissimo bonarum Arcium sectatori Rodolpho agricolę: amico carissimo. S. P. D. Agere tibi iampridem debebam ingentes gracias vir humanissime: qui me tuis tam peritis et suauibus litteris non solū ędocueris: sed eciam incredibili iucunditate affœceris. Nam ut omittam reliqua: febricitantem me forte tempestate illa: tam vehementi gaudio affœcerunt: ut quem deiectum prorsus animo: ex viribus languidum: Parentes mei lugencium instar deflebant: exultantem protinus: subita quadam vultus festiuitate: & alacritate membrorum: non sine magna leticia mirarent̄. Verū q̄ min⁹ id agere tentauerim hactenus: fœcit absencia tui: q pri⁹ q̄ vires reciperem: Romam peciisses. Nec nūc tn̄ vacat mihi id efficere: quū properet D. Thomas Vuolfius vir doctissimus Sed neq₃ persuadeo mihi: posthac aliquando dignas a me tibi posse agi gracias: ne referre dicam: adeo

vincit acceptissimũ illud tuũ beneficium : omnẽm sermonis mei facultatẽ. Vtinã quoq Argentinã nrãm inuiseres : id quod te Adelphus noster Ruscus : facturũ esse sepenumero confirmauit. Ita me pfecto tibi officiosum agerem: ut animũ tibi deditissimũ facile pspiceres. Tum igitur de his coram. Cęterũ quod primũ esse oportebat: deo diuisq (ut Plautũ imiter) ago gracias merito magnas: quũ te reducem tuæ patrię reddiderunt: quũq et miserijs plurimis te exemerunt. Plãgebam ego maximope vicem tuam: & patriæ nostræ Nunc gratulabundus saluti tuę: & vniuersę Germanię: te obsecro & obtestor: quãdo deus clẽmẽtissimus viuũ te nobis seruauit: animũ / et beniuolenciam ĩ me tuam: vel lrĩs tuis mihi multo oĩm suauissimis: cõseruatam esse intelligere possim. Vale. Date Argentina ad sextum ydus Decembres. Anno. M. cccc. lxxxv. Relatę p D. Thomam Vuolfium ad tercium kal. Ianuarias. M. cccc. lxxxv. narrantem virũ pstantissimũ morti concessisse.

Litteras suas petit: & ad officiũ vite hortatur.

Petrus Schottus Iohanni klitsch de Rixingen. S. D. P. Vidi mense supiori lrãs Andreę comitis tui: quas ad patrem dedit: tuas autem nullas. Itaq in suspicionem meticulosam concido: ne vel tu Parentum tuorũ oblitus: scribere mihi negligas: vel aduerso quopiam casu id efficere impediaris. Quare ut q̃primum fieri poterit me cerciorẽ reddas. Ecquid in lrĩs pergas: qua condicione vitam omnẽ ducas : te rursum moneo. Neq eñ id tibi difficile fuerit si Antvuerpiã ad Florenciũ: ad Ludouicum Mugen mercatores Argẽtiñ : litteras tuas transmiseris. Alia tibi pręcepta nõ pono: spes eñ quã de te cœpi: confidenciã tantã ingenuit: ut nõ dubitẽ te pbitati / moribus / & disciplinis impensissime

operam indulgere. Qua in re si me nõ fefelleris: mihi & nostris: tuisq; omnibus iucunditatẽ ingentẽ: tibi autem emolumentũ/honorẽ/& gloriã parabis eternam. Parentes tuos & Magistrũ Thomam: nõ nisi incolumes intelligo: qui pculdubio lr̃as tuas & ipi expectãt. Saluere te iubet Genitrix mea: quæ te vehementer diligit: bona de te opinione ducta. Tuũ erit: ut expectacioni nostrę respõdeas. In sũma omnes domus nostræ qui te nouerunt: saluũ te esse optant. Vale. Imprimis deũ ama. Ex Argentina quarto yd⁹ Decẽbris. Anno M. cccc. lxxxv.

Argumentum ex q̃ supplicacio ad Ro. pontificem concipi posset: p Petrũ Schottũ conceptũ.

Fama volat beatissime pater. S. D. N. Sixtum papam quartũ. S. V. prędecessorẽ: importunis quorundam Canonicorꝝ sollicitacionibus obrutã indulsisse: q de cetero viri docti: militaria licet insignia nõ ostentãtes: in quarundã cathedraliũ ecclesiarꝝ: prẹsertim Spireñ. in qua semp hactenus doctores nõ militares: aut equestris ordinis fuere: membra & Canonicos nõ debeant assumi. Qḋ q̃ nõ credimus prẹfatos Canonicos (ut ipi iactant) a Se. apo. unq̃ obtinere potuisse: si rem verã nõ supprimẽtes: narrauissent q Rhaban⁹ Spireñ. q̃ndam ecclesię Eps: vir prudẽtissimus: p ecclesię suę incremento & salute: cũ summa diligencia et matura deliberacione ab eadem Se. ap. impetrauerit: posse et debere in ecclesiam suã recipi p Canonicis: bonos et doctos viros: licet militaribus insignijs nõ tumẽtes. Admiraremur em̃: immo vix nobis psuaderi posset: si vera narrassent: idipm quoquo pacto a Se. ap. obtineri potuisse: ut scilicet dignioris status via his p̃cludatur: qui a teneris ãnis optimas lr̃as psequuti: ingenio/cõsilio/doctrina/prudencia/virtutibus laudabilr̃ preesse & pdesse possunt. Qui suis artibus/industrta/

sapiencia/labore & exercitacione fidē Christi fulcire: ecclesiā dei corroborare: fideles instruere: virtutes & bonos mores augere: hereses collidere: Respu. manu tenere: suarū q; ecclesiar iura/priuilegia et possessiões cōseruare. Lites scindere: iustas causas tueri: dubia in vtroq; foro dissoluere. Se. ap. & sacrosanctū Cardinaliū cętū: cōtra latratores defēdere: potissimū nouerūt Digni plane sint cathedraliū ecclesiar Canonicatib' vulgo nobiles: & a validis militaribus pgeniti: sed nō indigni certe docti: & illuminati doctores. Quippe q prudencia/laboribus/studijs et virtutibus nequaq; demeruerūt in prestāciori & digniori ecclesię loco: cū cęteris q Paternos clipeos et galeas tantū ostentant: presertim in his ecclesijs: in quib' hactenus prębēdas & Canonicatus possederunt: collocari. Ibiq; Crucifixi patrimonio vti: & christifideliū elemosinā (a q̄ docti nō sunt excludendi) equaliter cū eis pcipe. Si vtiq; visum est: doctores nō esse indifferēter cū militaribus recipiendos: saltem digneī S. V. puidere: ut sub aliquo certo numero Doctores recipiendi cōprehendantur. Q; si militares/ppterea q suo pprio: & vulgi iudicio nobiles reputant: cathedrales ecclesias ornant et decorant: eo magis in eas assumendi sunt nobiliores: puta Baronū/Comitū/& Principū filij. Itaq; militares simplices eciam in cathedralibus eicient. Nam si simplex nobilis (ut ipi asserūt) ecclesiam venustat: magis vtiq; nobilis eam vehemencius illustrabit. Quaprop bea tissime Pater deuotissime supplicam': ut. S. V. indultum de q̄ nōnulli Canonici glorian: ex potestatis plenitudie cassare irritūq; decernere digneī: et viros doctos in antea ut mltis hucusq; sęculis obseruatū fuit: sicut equū et iustissimū est: in cathedraliū ecclar Canonicos reassumēdos esse diffinire. Pro glia dei: fidei christianę exaltacione: ecclesiarū incremento: & inci-

tamento amplioris studij. Proq; condigna honestissi-
morum studiorum/laborumq; mercede: & debita remu-
neracione.

Sacroro. Im. per Germaniam
Vrbes: Ciuitates: Senatus & Respublice
Collegiatarum Ecclesiarum Canonici & Prelati
Duodecim Germanie Vniuersitates.
S. V. humilimi oratores:

Epistola super eodem: ad summum Pon. per Petrum
Schottum concepta.

Post humilem sanctissimorum pedum exosculacionem.
Scimus beatissime Pr: apo. se. sentenciam tanta semper consilij
moderacione concipi: tanta deliberacionis grauitate proferri:
ut non facile quicq; immutacione dignum/in ea deprehendi pos-
sit. Non ignoramus eciam: idq; per sacratissimorum Pontifi
cum tradiciones didicimus: multa per supplicancium fa-
stidiosam importunitatem nonnunq; extorquere: multa
per impudentem falsitatis suggestionem: aut veri sup-
pressionem surripi: quibus dolosi oratores & consilium
concedentis fallere: et deliberacionem eius precipitare non
erubescunt. Quia igitur rumore quamuis incerto accepi-
mus: nonnullos nobilitatis fastu tumentes: in tantam
amenciam elatos esse: ut sibi solis Cathedralium ecclesiarum
Germanie Canonicatus vsurpare contendant: repulsis
inde quantumlibet doctis et bonis: quorum scilicet Pa-
rentes militaribus insignijs non sint illustres. Et quod
impudencius est: id ipsum a sacrosancta sede (cui christi
Vicarius possidet) confirmari: admirandis sollicitacio-
nibus/per conficta quasdam insinuaciones efflagitet.
Idcirco nos tam perniciosis: & christiano nomini su-
pra quam dici possit: aduersantibus commentis: non sustinen-
tes beatitudinis tue aures sanctissimas obtundi: et in-
flecti. Statuimus pro re breuissimis verbis (ne nos quoq;
fastidio simus) illorum fastuosis: atq; audacissimis coeptis

occurrere. Et ostendere primũ illud christiane ꝓrsus religioni cõtrariũ. Deinde cũ omnibus ecclesijs: tum p̃cipue Germanicis graue et ꝑniciosũ. Quę quia claro & succincto sermone dęducere præponimus: oramus ut et bñuole & attente legere: vel sanctissima clęmencia tua nõ dędigneť.

Consiliũ ex arte cõtra quarundã cathedraliũ ecclesiarꝫ Canonicos q cõtra vetustissimã cõsuetudinem a Canonicatibus doctos & præstantes viros excludere nituntᷣ absq̃ culpa.

P.S. Clarissimo Mgr̃o Iacobo Licẽciato Vicario Spirensi: frĩ plm caro. S.D. Tu vide q̃ꝫ ceca sit amoris affectio. Quia te plm amo: idcirco q̃d iniũxisti: statim facere me posse: arbitratus sum. Non videns: primũ te tibi ipsi ęleganciorẽ lõge oꝑam exhibere posse. Deinde rei mandate condicionẽ: & ordinẽ nõ ediscens. Itaq̃ꝫ dum tibi morẽ gerere conarer: & iam animo reoluere viderer: nõ nihil q̃d ad rem faceret: incautus tandem aduerti: certũ mihi nõ esse Oracionẽ ne an Eplam cõfingere deberem. Et si Eplam (q̃d verisimilius videbatur) a q̃ ꝓficisci: seu cuius nomĩe subscribi deberet: item ignorabã. Præterea visum fuit: ad aduersariorũ intencionem infirmandã: neruosissimũ fore: si impetracionis eorꝫ tenor aspiceretur: & raciones q̃bus animũ pontificis pellexerũt: cõfutacionibus validis dissoluerent. Id eñ nõ fore difficile nõ dubitabã: q̃d falsum veris rõnibus ꝓbatũ fuisse: impossibile iudicãt logici. Q̃obrem cum a cœpto: q̃d ut res exposcebat: ꝑficere nõ poterã / desistere cõpellerer: ad te retuli: q nota tibi habes: q̃ mihi cognita non fuisse: intelligis. Cęterum / q̃d subuerebaris: dum nobiscũ esses: ne forte plus debito excandesceres scribendo: & põtificis acta mordacius inuehẽdo: lacerare videreris. Ego tibi aperiam: quo nam pacto id ego subterfugere: et declinare

meditabar. Primo siquidē: laudabā Se. ap. sententias & responsa: q̄d ea circūspecta sp̄ cōsilij moderacione cōcipi: longa deliberaciōis grauitate ꝓferri: solerent. Deinde ānectebā: nō terreri tn̄ ex hoc: audacissimam nōnulloꝝ improbitatē / q̄ multa p̄ impudentē falsitatis suggestionē: veri vel suppressionē: surripe plurima p̄ fastidiosam importunitatē extorq̄re niterent. Et p̄inde cōsiliū sc̄tissime sedis fallere: & deliberacionē ei9 precipitare: nō erubescerēt. Sane id ip̄m sepe cōmitti: q̄tidiano rerū vsu discim9: & ipsi nos sacratissimi Pontifices: multis decretalibus monuerūt. Qui talit̄ impetratis: et fidē et autoritatē omnē ademerunt: modo viciū illud surreptōis: importunitatisue ad cōcedentē deferat̄. Quia igit̄ tale aliq̄d a nōnullis nobilitatis fastu tumētib9 suggestū intellexerim9: q̄d sub velamine cuiusdā secularis & pomposi splēdoris doctissimis q̄buslibet et bonis iniuriosum: ecclesijs oibus p̄niciosū: ipsi christianæ ꝓfessioni aduersissimū sit futurū. Nos em̄ nō sustinētes btitudinis sue aures: tam dolosis tā noxijs mendacijs inflecti: statuimus illoꝝ fastuosis et audacissimis cœptis occurrere: & impudenciā falsitatemq̄ eoꝝ: aptissime demōstrare. Id nr̄a esse putantes ꝓ pietate et obseruācia quā & Se. ap. & religioni christiane debem9: ne vel illā decipi: vel hāc ledi paciamur Ostensuros nos igit̄. Primo id euangelicis: et ecclesiasticis tradiciōib9 aduersum. Deinde cum oib9 ecclesijs tum p̄cipue Germanicis graue et perniciosum. Que quia ꝓ re: breuissimis verbis clarissime patefacte futuri sim9: rogare nos et orare: ut benigne & attente / clementissima sua sanctitas audire: legere non dedignaret̄. Hec ꝓ Prohemio et Diuisione. Hic iam narracio vel supplicacionis vel impetracionis ab illis facte subsequi debebat. Deinde firmamētoꝝ: quibus ipi niterent̄ subuersiōes. Post hec confirmaciōes ex locis his:

quos tu plures notasti: & omnis nō solum sacra: sed & Phisica & Poetica doctrina vbertim tradit. Postremo per exaggeracionem concludendū erat: & monēdus Pontifex cum succinctissima rememoracione locorū validissimorū: ut vel non assentiret: vel si forte assensisset: curaret bonus pastor: quod in perniciem ouiū paliata dolositas erexisset: id aperta & detecta veritas cum salute omniū demoliretur. Itaq; fiet Iacobe carissime: ut Papa sese carpi: aut grauius aliquid in se dici: causari nō possit: quū omnia in impetrantes: nō in concedentem retorqueant. Tu igitur / quū fundamenta illorū intuit⁹ fueris: pro ingenio & doctrina: pulchrū quippiam efficies: quo nō dubito: Papa mouēdus fuerit: modo tempore exhibeatur. Vale. Ex Argentina tercia kł. Ianuarij. Anno a natiuitate Christi. M. cccc. lxxxvi.

Congratulatur in Episcopum eum sublimatum Episcopi officiū tangit. Adulatores cauendo s Sermonū Iohannis Keisersbergij commonefacit. Pro primarijs p̄cibus agit grās.

Petrus Schottus Domino Friderico electo Augustēsi Episcopo. Humilimi & obsequētissimi cordis obediencia. Gratularer ego tibi reuerendissime Pr̄: & copiosiori Epistola fœlicem te & beatū testarer: qui vel ignorans accersiri: et inuitus vocari: ad tam sublimem clarissimę diocesis Pręsulatū: nō solū vnanimi Canonicorū Augustensiū ęlectione: sed eciā toci⁹ fere Germanię iudicio: dignissim⁹ visus es. Quippe cui⁹ tam spectata: et egregia morū apparet maturitas / īdustria / doctrina / iusticia: ut in illo tam celeberrimo Imperatorie atq; Regię Maiestatis: cū reliquis vniuersi Imperij Principibus / proceribusq; conuentu: ad quos ut verisimile fit: spectatissimus quisq; & ornatissimus freq̄n

tes confluxerãt: tu precipuus omniũ: ad hãc pastora-
lem Curam: incredibili oĩm fauore / cõmendacione &
ope sis ꝓuectus. Verũ cũ te mihi ꝓpemodũ cognitũ:
effœcerit benigna tua in me dignacio: videor videre:
te nõ tã exultare sup honore et opib⁹: quę Episcopatui
recte administrato / merito debentur: ꝗ̃ molestari ab
onere: et opibus / quæ ipsum in se Episcopatus nomẽ
(si Augustino creditur) concludit: et veluti principa-
lia prefert & notat. Idcirco nõ tam tibi reuerendissime
Pater: ꝗ̃ ecclesię sanctę dei: Augustensi præcipue: nõ
adulatorio: sed vero corde et ex sentencia congaudeo
& gratulor. Cui diuina clæmencia tete prefœcerit: qui
nõ ut pleriqꝫ oẽs istas fasces / opes / voluptates: & quæ
nihil in se stabile: nihil non perturbacionis obnoxium
habeant: suspicias / mireris: & eorũ possessione tanqꝫ
ꝓ se bona sint: capiaris. Sed pocius paucorũ: id est ve-
re sapienciũ: amplexus persuasionem: ea nequaqꝫ ho-
nesta & bona iudices: nisi quoadusqꝫ adminiclo sunt:
voluntati diuinę perficiendę. Et proinde pro virili tua
quicquid in te est facultatis / opis / & industriæ: eo sis
collaturus: ut saluti omniũ tibi cõmissorũ: in his quæ
ad fidem: & ad bonos mores attinent (id enim Episco
pi officium esse: vocabulum notat) superintensurus
esse: & inuigilaturus videaris. Tibi vero gratulacio-
nis vice: id vnum imprecor: ut hanc tuam summã &
verissimã persuasionẽ: quam cõmemoraui: nullis ti-
bi blandimentis subdolis: nullis circumuencionibus
adulanciũ Syrenaꝝ: euelli atqꝫ aboleri paciaris. Qua
re / ut. M. Ciceronis grauissimi Oratoris ad Curionẽ
verbis vtar: te hortor: ut om̃ia gubernes: & moderere
prudẽcia tua: ne te auferãt alioꝝ cõsilia. Nemo est q ti
bi sapiẽcius suadere possit: te ipso. Nũqꝫ labere si te au
dies. Nõ scribo hoc temere. Cui scribam video. Noui
animũ: noui cõsiliũ tuũ. Nõ vereor: ne qd timide / ne

quid stulte facias: si defendas: q̄ ip̄e recta esse sencias. Hec ego idcirco recensui hūanissime Pr̄: nō arrogan- ti p̄cipiēdi libidine: nō ambiciosa docēdi p̄sumptione (lōge a me tam impudēs temeritas) sed cōdescensiōe tua tractabili: affabiliq; facilitate tua fretus: institui te int̄ ipa rerū exordia: circūstrepētib⁹ vndiq; occupacio nibus lassatū: p̄bissimi tui animi cōmonefacere. Et ne alieno p̄rsus cōsilio assuescas hortari: eoꝝ maxīe: qui nō tantope querūt quæ Iesu Christi sunt: q̄ꝫ q̄ sua: aut mūdi. Solent em̄: p condicione Principioꝝ: reliq̄ ple- rumq; consequi: & queadmodū inchoaueris p̄sequi ut plurimū oportet. In sūma breuibus habeto: nūq; te perperā acturū qcq̄: si ab his nō excidas: quę sępenu- mero monēte illo singulari christiane obseruacōis p- suasore: Doctore Iohanne de keisersberg: assensu & plausu fauētissimo confirmasti. De his satis & super. Quare finē faciā: si tibi grās īmortales egero: q tam benigno vultu Pr̄is mei: supplicacionē noīe Mgr̄i & didascali mei susceperis: in primarijs dico precibus obti nēdis. Quod ut reuerēdissima Pa. t. exequi dū facul- tas fuerit digneť: te supraq; dici possit: maiorē ī modū oro. Nec eo min⁹ si q̄d ad Prędicacōis officiū: in eccl̄ia adhuc tua Argen̄. largitate & opa tua possit accedere: scis ip̄e q̄ꝫ necessariū q̄ꝫ honestū fuerit. Parētes mei am bo: se & sua tibi deuouent: & ut sempiternę saluti tibi sit Presulatus iste: exoptant. Et tuę dignātissimę gr̄e cupiūt esse cōmendati. Vale. Ex Argentina tercio kl̄. Aprilis. Anno. M. cccc. lxxxvi.

Promittit se bene facturū: opportunitate data.

Excusat de nominandi difficultate.

Petrus Schottus Insigni bonarū Arcium professori: Mgr̄o Iohanni Muller præceptori dulcissime adama to. S. D. P. Quod a me petis: q̄d sit nō ignoras. Vti- nam tibi cras cōferre valerē. Nō esset quē tibi cōferrē:

ne pferre dicam. Ad id em̄ om̄is conatus meus tendit ut tibi prosim: & ab aliis longū est scribere: hoc vnicū iā videor desiderare: q̄uis sine fructu hacten⁹. Qua fronte igitur ab aliis peterē: quod ipe tibi nō pstarem: si possem? Verū frustra ut vereor hęc: q̄ ad hoc caput agimus. Neq3 em̄ ego mihi tantū vitę pmitto: ut hūc diem contingā: q̄ mihi nominandi in Canonicū sors obtingat. Quū videam aliq̄s sexagesimū et amplius annū transgressos: illud nondū adeptos. Neq3 ego q̄-uis pacto suspicari possum: fortunā tibi tam aduersā: ut interea p dignitate tua/nou pspiciat. Verū ne me Antigonū insimules: si ego ad eam sortem peruenero & tu (q̄d absit) hac mea puisione indigebis: non esse quē libēcius et iucundius mihi fuerit: Canonicum & Concanonicū meū efficere te vno. Vale. Ex Argentina. xvii. kl. Maii. Anno. M. cccc. lxxxvi.

Cōmendaticie p Sororibus: in quodam loco Argeñ. diocesis receptis.

Petrus Schottus Ex psona D. Alberti Epi Argentiñ. Ducis Bauarię: Reuerendissimo in Christo patri: do-mīo Marco: Cardinali sancti Marci: ac Patriarchę Aquilegiensi domino suo imprimis obseruando. Q̄s plurimum potest honoris et obseruancię. Cū vos re-uerendissime Pater: ppensissimo studio in ea semp in clinari: q̄ diuino cultui corroborādo: & animar3 salu-ti conducūt: multis subinde argumentis didicerimus non sumus veriti: a Re. V. P. litteris nostris desidera-re: ut pię cuidam puisiōi: quā nos exulantibus nōnul lis Sanctimonialibus: pbissimis virginibus Paterna caritate moti impendimus: vos firmitatem stabilitatē-q3 (id quod ex autoritate & volūtate Re. P. V. potissi mum ut intelleximus propendet) adhibere seu procu rare velitis. Etem̄ cum paulo superioribus annis Sorores q̄plures ordinis S. Augustini sub cura & iuxta

regularia instituta fratrū ordis Predicatoꝝ de Obser-
cia degētes: e Monasterio eius ordis Basilieñ. ꝓ cuius
reformaciōe apostolica auctoritate fuerāt introducte:
& in q̄ tribus ferme annis pseuerauerant: miserabili et
mira rerum innouacione: eiecte essent et expulse: atq̄
ideo diu p diocesim nostrā mendicādo vagarent: et in
nemoribus se ad tempus recipiētes: vitā sibi asperam
nimis: atq̄ ꝓinde intolerabilē ducere: diucius nō vale
rent. Nos ꝓbitatis earū et sexus miserti: locū eis ī dio-
cesi nostra nō incōgruū: censibus / redditibus / agris /
pascuis / siluis / & pratis competenter dotatum: qui
ad beatam Mariā cuius nomen in Steyga supiori nun
cupat: eis ꝓ ecclesia et Monasterio: cū cōmuni cōsen-
su oīm: ad quos locus ille antea pertinebat: anno supe
riori tradidimus & assignauimus. Quo ī loco in pre-
senciarum degentes: accolis omnibus exemplo bono
sunt: & ꝓfectui salutari. Verum Re. Pr̄ cum timeam⁹
ne forte tam salubre ac diuinū inceptū: subsistere non
possit: nisi a sacro Predicatoꝝ ordīe in ꝓtectionem ac
tuicionē locus & Sorores recipiant: cū et Confessori-
bus & Visitatoribus eis opus sit: idcirco Re. P. V. ma
iorem in modum oratam esse petimus: ut in Capitulo
generali dicti Ordinis nunc futuro: pro innata vestra
in Deum pietate: operam benignam adhibere digne-
mini: ut dictus locus cum Sororibus: in curam / visi-
tacionem / & correctionem: & omnimodā obedienci
am dicti Ordinis suscipiatur. Id sane si (ut confidenter
speramus) dicte Sorores consecute fuerint: non solū
eas in oracionum suarum deuocionibus: reuerendis-
sime paternitati vr̄e perpetuo vinculo obnoxias red-
detis: sed & omnipotentis dei honorem: nō mediocri
ter videbimini extulisse. Nos quoq̄ ad vota reueren-
dissime paternitatis vestre veluti acceptissimo benefi-
cio: obstrictissime deuincietis. Cui nos et ecclesiam:

Diocesimq; nostram & offerimus & commēdamus. Datū.xi.kl.Iunij. Anno a natali Christiano.M.cccc. lxxxvi.

Orōnes se nō accepisse.Cōmēdat Thomā Vuolff iuniorem:et cautela opus esse scribit.

Petrus Schottus Insigni Iuris pontificij Doctori Magistro Vito Mæler Prępósito S. Viti Frisingeñ.ac litterarū apostolicarū solicitatori:amico vnice caro.S.D.

Litterę tuę cum mihi semp sint iucundę:nūc gratę nō esse non potuerunt. Quod in eis scribebas: monitis meis te aurē ppemodū adhibuisse:vel pocius animū tuum/priusq; scriberem:in viam nō abhorrentē a salute composuisse. Quod vbi plane effectum esse intellexero:tum vero de te mihi gracior nuncius: alter nō poterit aduenire. Operā quā p Magistro meo viro optimo impendisti:vtinā nō frustra factum fuisset Sed nihil inde de gratitudīe tibi a nobis debita:decerpi debebit:cum nō tua/sed nostra desidia id cōtigerit. Acceptā inq; eam operā habeo: & gratam: & amoris tui attestatricem. Vtinā posthac felicius succedat. Si quid tamen eris impendisti:fac me cerciorē:ne duplici damno graueris. Scribis eciā te mittere aliquas Oraciones:verum nullas recepi. Negat em̄ nuncius se eas recepisse. Vbi eas videro:tum tibi gracias agam: q̄; uis antea mihi aliquas miserit:dominus Leonhardus Sturm Ordinis sancti Benedicti. Per quem vel antea ego tibi litteras amplas scripsi: cupiens per te cerciorari: de statu causę/quam Engelhardus Funck mouit Thomæ Vuolff iuniori filiolo meo: super Canonicatu & prębenda ecclesię sancti Thomę Argentiñ. Et licet te sępenumero p respōso solicitauerim: tñ in lr̄is binis/quas ab eo tempe ad me dedisti: ne mēcionem quidem illius rei fecisti. Atqui ego vehemēter id cuperē intelligere;si saltē caute & secreto id pscrutari

posses. Quare si priorꝝ lraꝝ meaꝝ adhuc meministi te iterũ atq̄ iterũ oro: ut si quid intelligere possis: ad me scribas. Videor em̄ duplici vinculo: ad hãc solicitam ꝓ Thoma iuniore curam: astrictus esse. Primo q̄ ipi ut scripsi: Patruus sum. Deinde q̄ Patruus eius D. Doctor Thomas tibi non incognitus: de me supraq̄ scribere possum: bene merit⁹ est. Age igit̄ mi Doctor: ne succenseas: q̄ te hisce actibus onero. Vides em̄ causas. Verũ imprimis ut monui caute fiat: ne vel aduersarius se metuit: vel ꝓcurator Thomę sibi fidem nõ haberi suspicet̄. Fraudem etem̄ solam: & nullũ ius pars nostra formidat. De his satis. Vale. Et int̄ tela Martis & Apollinis hoc est bellorꝝ & ęstus: fac tibi ꝓspicias. Ex Argentina Nono kal. Iunij. Anno a natali Christi M.cccc.lxxxvi.

Saluta verbis meis D. Leonardũ Egloffstein. & dñm Anthoniũ p̄cœptorē gręcum. Hortare eos ut scribãt. Causam domini Doctoris Kerer de Friburgo: sup̄ Vicaria in ecclesia Argeñ. tibi committo. Vir est mihi familiaris: audio eum ab aduersario citatum.

Intercedit ꝓ Mgr̄o Io. Muller: ut ad Plebanatum in Andelo ꝓmoueatur.

Petrus Schottus Venerabili Arcium & Philosophię Magistro Iohanni Meiger: Rectori in Bliensvuiler S. P. D. Quod ad te potissimũ scribam Magister venerabilis: inde contigit: q̄ prestãcia tua ceteris mihi magis est cognita: : & is cuius intuitu scribo: tibi ut arbitror non est ꝓrsus ignotus. Adeo / ut non mediocriter sperem: te in causa hac: nõ tam orari a nobis oportere: q̄ ipm vltro ꝓmotorē futurũ: atq̄ autorem. Vacauit (ut ad Magistrũ Ioannē Rot: cõem amicũ nr̄m virum optimũ relatũ ē) Vicaria quędã perpetua in Andelo: quã quia ipe ꝓpter condicionē rerũ suaꝝ: necesse habuit recusare: cœpimus Magistri Iohãnis Muller nũc

Parisius degētis reminisci. Qui cꝫ ad huiusmodi Beneficiū esset idoneus: verbis ut credo: nō eget. Sciēcia siqdē: facūdia: atqꝫ morib⁹ ꝓbatissimis pollet. Is ad me scripsit iteratis sæpe Epistolis: iāpridem pertesū se esse laboris Gymnastici: toto desiderio cupere quietē: qua sacerdotalibus opam īdulgere posset officijs. Contentū se esse: si sibi alimēta/vestesqꝫ suppetant. Nolle se tā dubijs periculis / quibus in gubernado Principis filio obijcitur: diucius obnoxiū esse: presertī cū nulla gratitudine. Proinde obtestari se: & Magistrū Io. Rot & me: ut sibi in tali aliquo ꝓspicere curemus. His & in hanc sentenciā lrīs suis moti: nō dubitauimus: psonā ei⁹ cōmēdatā facere: D. Andree cōcanonico tuo: p̄clarissimo viro. Sperantes/qꝙ si eiuscemodi Beneficiū cōsequeret̄: qꝫprimū studeret ad id se conferre: & auiditati suæ diu desideratæ satisfacere. Hoc est: ut in loco nō nimis īpedito: animæ & litteris vacaret. Plane Magistrū Io. Rot: & me in ꝓcuratores cōstituit: qui eius nomine acceptantes: & interim ꝓuidentes curaremus: ut q̄ cicius fieri posset: ipe ad vos ꝓficisceret̄. Q͛obrē venerabilis Magister: quia spero gloriā dei: & animarum salutē p id ꝓmouendā esse: maiorē in modū oratam velim p̄stanciā tuam: ut Deū habens pre oculis: si lrā tū et probū/aptum esse credis: et dignū ad hoc Beneficium: hunc nō recuses: ad id ꝓ viribus admouere Indubitatū est siquidē mihi: nihil ecclesie isti detrimenti: sed amplū ꝓ integritate illius viri/emolumentū: in spiritualibus p̄sertim: si ipse ea pocietur: cōsecuturū. Vale. Et me tibi deditum fac obsecro dediciorem. Ex Argentina quarto kal. Iunij. Anno domini. M.cccc. lxxxvi.

Petit aduenire eum in thermas.

Petrus Schottus Eximio Arcium atqꝫ Medicine Doctori: Iohanni Vuidman in Tubingen: fratri plurimū

obseruando.S.P.D. Valemus gracia diuina omnes: tu et tui ut bene valeant: optantes. Petituri sunt Parētes post dies quatuor thermas vestras ferales. Illuc (ut si comodū sit) vxor quoqꝫ tua diuertat desiderant: & tu quoqꝫ nisi molestum sit: reuisere eos velis. Sunt etenim: super quibus consultum te habere cupiunt presertim sup nescio quo accidenti: q̄d sororem meā de Adeltçheim: & filiam ipsius: ut vel aboriantur: vl' difficiliores partus ędāt: cogit. Animatum est (ut audio) quoddam monstrum: quod post fœtum prodire cernitur & cetera. Quid plura? Ipsi tecum agent oīa: nec mihi scribendi tēpus est. Domino Iohanni Sifridi significa: nos omnes gracia dei incolumes: & solita eū bn̄uolencia complecti. Vale. Datum prępropere/sub noctē: ad pridie Nonas Iulij. Anno domini. M.cccc. lxxxvi.

Iocobus Vuimpfel[illegible]gus Sletstateñ. Elegantissimo viro: Iuris vtriusqꝫ Doctori ꝓfundissimo Petro Schotto Canonico sācti Petri Iunioris Argeñ. præceptori suo semꝑ venerando. S.P.D. Suauissime vir: sunt qui credunt communes sillabas: pute Tenebrę / Cathedra & huiuscemodi in soluto campo non posse breuiari: sed semper posicionis causa produci oportere. Orat⁹ sum vehementer ab amicis & p̄cœptoribus meis: tibi scribere: ut quid de ea re sencias: nō solum sentenciā tuā: sed & confirmaciōes: atqꝫ testimonia cōgerere digneris. Quāto tibi ꝓ tua maxima doctrina & industria: labor iste facilior est: tanto te minus spem nostrā confisus sum frustraturū. Ego aliq̄d in eo putabā me effœcisse: at nihi ꝓfœci. Tu quoqꝫ aggredere: ut ora peruicacissimoꝝ hominū importuna: tādē obstrui possint. Facies hercle magnis et p̄stantib⁹ viris: rem q̄ gratissimā: q sibi alienā veritatē p̄sidio: q̄ ꝓprias assereiones esse malūt. Tu quoqꝫ mei esto memor: nōnūq̄ cū ad

Deū optimū maximū litaueris: acceptabilissimā victi
mā. Et me nr̄o Ioanni keisersbergio effice cōmēdatū.
Vale. Ex Spira septimo kl. Augusti. Anno. M. cccc.
lxxxvi.

Contra q̄sdā obtusos & capitosos grāmatellos:
q sillabas cōmunes Tenebre: & similes cōten
dūt semp̄ esse p̄ducendas.

Petrus Schottus Sacrarū atq3 sæculariū lr̄aꝝ viro pro
be erudito Iacobo Vuimpfelingo Sletstateñ. Vicario
ecclesie Spireñ. fratri carissimo. S. P. D. Quid tu me
speras afferre posse: q̄ scioloꝝ quos cōmemoras: arro
gancia retundatur. Quos videris nec tibi: nec legitti-
mis testimoniis (que tu haud dubium plura p̄duxisti)
cedere voluisse. Venit ī mētē ut lr̄as tuas legi: sn̄ia M.
Celii Quitiliani: q ī primo īstitucionū Oratoriarū li-
bro. Nihil inq̄t peius est his: q paulū aliq̄d vltra p̄mas
lr̄as p̄gressi: falsam sciæ p̄suasionē induerūt. Nā & ce
dere p̄cipiēdi peritis indignant: & velut iure q̄dā po-
testatis: q̄ fere hoc hominū genus intumescit: imperi-
osi atq3 interim seuientes: stulticiā suā perdocent. Q̄-
obrem nō q̄d sperem amplius aliq̄d asseq: quā tu effœ
ceris: sed ut volūtati tue cui iucundissimū mihi ē ob-
sequi) morē gererē: decreui rem patentem & aput me
indubitatam digito monstrare: plus opere q̄3 inge-
nii ostētās. Itaq3 Tenebras/latebras/Celebres media
breui enunciari posse: testes sunt Lucanus in primo
Pharsalie. In septimo & nono. Ouidius in. xv. Me-
thamorphos. Virgili⁹ ī tercio Georgici carmīs. Iuue-
nal ī Sathyra Et spes. Possem adducere ex Horacio &
aliis lōge pl̄a: sed qb⁹ hec nō sufficiūt: eos nᶜ pl̄a moue
būt. Cathedra q̄d e breuē habeat racio grecitatī: vñ id
nomē nobis vsurpauim⁹: exposcit. Est eñ
q̄d sp̄ ē breue. Vale. Ex Argeñ. xiii. kal. Septēbris. A
natali Christi Anno. M. cccc. lxxxvi.

Petrus Schottus Iacobo Vuimpfelingio Sletstateñ. Salutem dicit. Quoniã priori Epistola tua me oraueras: ut in ligato campo ostenderem: medias sillabas dictionũ eius generis: qualis sunt tenebre/latebre: breues incedere posse. Ego tibi carmina probatissimorũ non pauca congessi: quibus id luce meridiana clarius appareret: nihil tũ de soluto stilo: sup q̃ non inquisieras: nihil de accentu dubitari posse suspicatus. Quippe cum pspectũ esset: tempus penultimæ sillabę: quã penes/latini plerīq; omnes: accentũ in trissillabis meciuntur. Sane pspectũ esse dixi: q̃uis in posterioribus lr̃is tuis significes: illius probaciones alias desiderari. Nam quid obsecro: apud studiosum p̃clarissimorum ingeniorum sectatorẽ: indubitacius atq; fidelius erit: pro dignoscẽdis sillabarũ quantitatibus: q̃ si exempla et celebres obseruaciones: receptorũ Poetarũ intueantur? Ex eorũ siquidẽ autoritate: quũ omes latine vocales dichronæ sint: omnes ferme quantitatũ illæ regulę pdierũt. Nec est q̃d dicunt aliqui: Poetica quadam licencia cõmitti: ut vel posicio corripiatur: id vero in soluto campo nequaq; licere. Nam non iam licencię: sed vicio merito dabitur (quãq; eciã licẽcia vicium sonat) si tam frequenti: et crebra exorbitancia: Poetę numeros suos: quibus vel soli vel cęteris peculiarius student: afferant neglexisse. Quod pfecto de hisce viris quisquis senserit: is nõ modo ipos: sed et omes priscorũ ætatem: quę eos ut certissimos et exactissimos venerata est: videbitur iusticię nota cõtaminare. An nõ callidissimi eorũ critici: qui non solũ in ęmendatæ: sed eciam figuratæ dicta: calũniati sunt? Nũquid Grãmatici plurimi: qui vix pauca aliqua in Poetis: quæ pducenda erãt: correpta p Sistolem dęprehenderũt? Hũc quoq; manifestarũt & creberrimũ vsum: si sillabarum tempori preiudicasset: nõ vidissent/notassent/casti-

gassent? Num faciliora op̄a: excusasset Priscian⁹ illud Virgilij? Ponite spes sibi quisq̄. Et hinc q̄plura simi- lia. Sic asseuerasset illi poetica licencia: posicionē cor- reptam esse: q̄ q̄d ad id recurrit s lr̄am vim suam di- mittere? Mirum sane est: Poetas qui alioqui rarissime longarum sillabarū naturam accurtasse reperiuntur: in hoc genere non solū longas natura (ut illi aiunt) sed eciā posicione artatas: tam crebro & passim corripere Mirandū vero magis: si Poetis qui ligatissimi sūt: dis- solucio tanta concedatur: eos qui solutam oracionem effundunt: ligatos magis esse debere: p̄cipue cū licen- cia illa Poetarū: nō ad numeros: in quibus astrictiores sunt Oratoribus: ut M. Cicero dixit: sed ad verborū li bertatem spectet. Quid ergo? inquiūt. Num ī his de quibus est quęstio: posicionem esse negas? Equidē fa teor posicionem esse. Nam due consonantes cōtigue vocalem in vno eciam sequunt̄ vocabulo. Verum in hoc distare dico posicionem: quæ ex muta & liquida resultat: ab ea quā mutę duę constituunt: quod quū hęc vocalem præeuntem utcūq̄ breuem: longam p̄- petuo reddat: duriori nimirū enūciacione fluxum co hercente: illa quod salebrositate quadam / moretur p̄ cipitacionem: non adeousq̄ tn̄: ut lapsum ꝓrsus exa- speret. Hoc efficit: ut in Carmine si ex vsu Poetę sit: lō gā cōstituere possit: p̄eūtē vocalē breuē. In Oraciōe vero soluta: si nōnūq̄ lōge ꝓlatā excuset: frequēci⁹ tn̄ breuē efferre: & vsus et doctrīa tradit. Ecce snīam no- strā: quā si qui minus recipiant: nihil mirū ꝓfecto in Grāmatica: quæ inter artes ceteras: professoribus est opulencior: sectas inueniri: quum eciā Astronomi: q̄ uis paucissimi: non sint semꝑ vnanimes. Verum ut re sponsum nostrū: quantū ad id quod de Oracione so- luta diximus: astruamus. Nam quod ad carmen atti- net: cum aduesarijs cōuenit. Allegare primo possem:

celeberrimorū omniū: quos equidem ī Italia & extra noui plīmos: cōsuetudinē & vsum: quē penes ut Horacius ait: arbitriū est & vis & norma loquēdi. Sed ne calūnię loc⁹ aliqs detur: audianᵗ tres testes: meo iudicio omi excepcione maiores: qb⁹ si nō credatᵗ: nescio qd in Grāmatica solidū pręcipi possit. Loquatᵗ igitur Diomedes: ille antiq inter Grāmaticos noīs: q in tradicione de accētib⁹. In trissillabis inqt: & tetrassillabis & deinceps: secunda ab vltima semp obseruanda sit. Hęc si posicione lōga fuerit: acuetur. ut Catullus/Metellus/Marcellus. Ita tn̄ si posicione longa: nō ex muta et liquida fuerit: nam mutabit accentum. ut Latebre/Tenebre. Hęc ibi. Et paulo post. Si penultima posicione longa ita fuerit: ut excipiat tam ex muta q̄ ex liquida: accentus transfertur ad terciam ab vltima. ut Tenebre/latebre. Et postea apercius. Et tenebras inquit & latebras: acuto accentu: prima sillaba offertᵗ. Tm̄ a Diomede. Accedat et Priscianus diligentissim⁹ in re Grāmatica: qui in tractatu quem de accentibus reliquit: his verbis testimoniū nobis perhibet. Trissillabę vero & deinceps: si penultimam correptam habuerint: antepenultima acuto accentu ꝓfertur. ut Tullius/Hostilius. Nam si pura posicione longa fuerit acuetur: antepenultima vero grauabitur. ut Catullus/Metellus. Si vero ex muta & liquida: longa in Versu constat: in Oracione mutat accentum. ut Latebræ/Tenebræ. Sic Priscianus. Num hęc clara satis? Nūquid aperte et sine vlla circuicione q̄d asseuerauim⁹: illi sunt testati? Forsitan adhuc videri poterūt alicui: iustū autoritatis pondus/in Grāmatica: Grāmaticoꝝ Principes nō habere: qui in re tāta: sublimiorē quempiam tractatorē desiderabit. Sed ut huius quoq insolencię morē geramus: adducatᵗ Rhetor lōge amplioris noīs q̄ ut in tā friuolis/ei fides non

habeatur. Audiatur itaqꝫ Quintilianus: qui in primo institucionũ Oratoriaꝝ libro: sic ait. Euenit ut metri quoqꝫ condicio: mutet accentũ, ut pecudes pictęqꝫ volucres. Nam volucres media acuta legã: quia & si natura breuis: tñ posicione lõga est: ne faciat Iambũ: quẽ nõ recipit versus Heroicus. Ecce qꝫ dilucide declarat: posicionem quæ ex muta & liqda constat: sillabã breuem ꝓlõgare posse: si id versus cõdicio reqrit. Verum extra Carmen: accentu ꝓprio debere ꝓferri: q nimirũ alius est ab eo: quem versus exigit. Aliter em̃ diceret Quintilianus: metri condiciõe accentũ mutari. Hęc sunt vir amicissime: quæ sup his ad te scribenda putaui. Quibus si quid ꝓ veritatis tuicione est effectum putabis: nihil mihi fuerit gracius: sin minus: solabor ego me saltẽ testificacione: grati erga te animi: qui videas me inepcias effundere malle: quã impositã per te mihi scribendi ꝓuinciam: omnino declinare. Vale. Datę Argentina ad Nonũ kl. Octobres. Anno a natiuitate domini. M. cccc. lxxxvi.

Carmina probatiua prescriptoꝝ.

Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadente:

Vir. Geor. tercio.

Noctẽ hyemẽqꝫ ferens: et inhorruit vnda tenebris.

Idem Aenei. tercio

Rursum ex diuerso cœli cæcisqꝫ larebris.

Idem in eodem. & regna recludat

Pallida: Dijsqꝫ inuisa: superqꝫ immane baratrũ

Cernatur. In eodem Idem.

Pernicies & tempestas: baratrũqꝫ macelli.

Hora. Meuius vt rebus.

Queqꝫ reportandis posita est orchestra cathedris.

Iuuenalis. Et spes & racio.

Pœnituit multos vanæ sterilisqꝫ cathedræ.

Idem in eadem.

Reſpexit: cum iam celebres notiqꝫ Poetę:
Idem in eadem.
Menala tranſieram: latebris horrenda ferarum.
Oui. Meta. primo.
Interea repetiuit cecis obſcura latebris.
Idem in eodem.
Q̃ ſi ſola times: latebras intrare ferarum.
Idem in eodem.
Funeribus ferri celebriqꝫ in parte cremari.
Idem. In. xiiij.
Quid Styga: quid tenebras: & nomĩa vana timetis?
Idem in quindecimo.
Vt ne te capiat: latebris ſibi fœmina notis.
Idem ſecũdo de Arte.
Et ſi non tenebras: & quiddam lucis opacæ.
Querimus: aſt aliquid luce patente minus.
Idem tercio de Arte.
Inuoluitqꝫ orbem tenebris: genteſqꝫ coegit:
Deſperare diem. Lucanꝰ in primo Pharſaliæ.
Attonitus: mortiſqꝫ illas putat eſſe tenebras.
Nox ſubit: atqꝫ oculos vaſtæ obduxere tenebrę.
Idem in tercio.
Venturi diſcrimen habent perire latebrę.
Idem in quarto. Licet latebras ꝓduxerit
quod iuſte potuit. Sicut & tenebræ ſæpe legunt̃.
Inqꝫ vicem vultus tenebris mirantur opertos.
Hanc fuge mens partem belli: tenebriſqꝫ relinque.
Idem in ſeptimo.
Paſcitur et dulci facilis gallina farina:
Paſcitur & tenebris: ingenioſa gula eſt.
Marcialis in Xenijs.
Interius fuſcata genas: & amicta doloſis.
Illecebris tornos auro circumlinit hydros.
Claudianus in Stillicone.

Petit dispensacionē ꝓ amicis.

Petrus Schottus Insigni ac venerabili Decretorū Doctori: Mgr̄o Vito Mæler de Mēmingen: lr̄aꝝ apostolicarum solicitatori: maiori pl̄m obseruando. S.D.P. Ego vero tibi clarissime atq; carissime Doctor graciā habeo: nec minorē q̄ si lr̄is tuis oblatū gaudiū: probe & re ipsa suscepissem. Q̄uis em̄ Oraciones a te mihi bn̄uolencia summa paratas: nō receperim: q̊d scilicet nuncius causabatur: sibi in castris a militibus ereptas: tn̄ ego amiciciā tuā mihi gratissimā: nō sine mira atq; suauissima iucūditate agnoui: quam apophoretis accumulare non p̄termitterē: nisi eodē fato hunc quoq; nūciū cōpilandū forsitan: vehemēter timerē. Erit spero alia nobis occasio: q̄ comodius amore mutuo fruamur. At nūc est: q̊d te maiorem in modū oratū velim ut mihi expedias. Sūt Argentinę duo Iohānes & Elizabeth: q plusq̄ decennio tāq̄ cōiuges cohabitauer̄t / cōtractu / copula / & solēnisaciōe ut moris est: p̄cedētibus. Liberos nō hn̄t. Hi nūc / casu q̊dā / deprehēderūt se sibi inuicē cōiunctos esse: & attinere in q̄rto gradu affinitatis: quod prius ignorabant: ignorancia iuris nō facti. Et hęc tn̄ affinitas secreta est adhuc: nec nisi paucissimis tāq̄ cōfessoribus reuelata. Vnde ad me: tāq̄ amicū eoꝝ singularē cōfugerūt: petentes & orātes: ut dispēsacionē aliquā: eis secreto impetrarē: qua & Matrimoniū cōtrahere possent: & a cēsuris prius ignorāter incursis: absoluerent̄. Ego itaq; cū libenter eis inseruirem: nō credidi negocium illud: p̄ aliquē fidelius & occulcius expediri posse: q̄ p te vnū. Et pollicit⁹ sum: me habere fautorē singularē Romę: p quē sperē: me eis obsequi posse. Q̄obrē mi Doctor: ne me spes hęc fallat: da opam ut hęc fiant: & ita fiant: q̄ min⁹ Argentinensis aliquis hoc intelligat. Metuūt em̄ famę suę: si tanto tpe: in cōcubinatu vel incestu: pro Matrimonio

cohabitaſſe diuulgarēt. Pecunia apud me eſt depoſita
et miſiſſem: niſi nūcius hic portare abnuiſſet. Sed per
primū/ quē ſperauero: tibi deferre poſſe: vel qua alia
via ꝑ cambiū ad te deferri poterit: habebis. Quo et di
ſpenſacionē ꝑ Pœnitenciariā: vel ſi haberi poſſit: ꝑ Ca
meram: ſi alia in foro cōtencioſo nō ſufficeret/ expedi
as: et tuo labori ſatiſfacias. Oro igit̃ ꝑ fidē tuā mi Prę
poſite: ut in hac re mihi obſequaris: ꝗꝫ primū poteris:
& vbi primū poteris: ad me ſcribas: qd egeris: & ſi mi
norem ſummam tibi miſerim ꝗꝫ egeres: & cela. Magi
ſter Io. Molitoris ex Pariſio cum Dño ſuo nuꝑ rediit
ſanus: in arcem Badenſem. Tu ut ſanus ſis cura. Va
le mi cariſſime Vite. Ex Argentina Nonis Septēbris.
Anno dñi. M. cccc. lxxxvi.

Petit iterum ſcire ſtatū cauſe Thomę
Vuolff iunioris.

Petrus Schottus Viro ſibi amiciſſimo: Magiſtro Vi
to Mæler de Mēmingen: Decretoꝝ Doctori: ac lr̃aꝝ
Apoſtolicaꝝ ſolicitatori ſolertiſſimo. S. D. P. Scripſi
pleriſqꝫ vicibus Doctor amiciſſime: ſuꝑ cōtrouerſia/
q̃ inter Engelhardū Funck: & Thomā Vuolff iunio
rē: de & ſuꝑ Canonicatu & prebēda in eccl'ia ſcti Tho
mę Argeñ. vertit̃: cupiens a te ſtatū ſeu termīos cauſę
intelligere. Id ſane quēadmodū mea interſit: prioribꝰ
Epiſtolis cognoſcere potuiſti. Precipue tamē hęc egi
aſtrictus precibus viri mihi ꝓpemodū paterna neceſſi
tudine deuincti: dñi doctoris Thomę Vuolff: tibi nō
incogniti. Verū quū lr̃as tuas item freq̄ntes legerim:
magna iucūditate & beniuolencia tua alioqui ſuaues:
de hac aūt re ne verbū quidē attingētes: et ꝓinde neq
ens in ea re ſatiſfacere: deſiderio viri: mihi ut dixi con
iūctiſſimi: cōpulſus ſum iterata eius inſtancia: id a te
lr̃is depoſcere: q̊d prius ſepe intellexiſti. Quod ſi ſis
oblitus: ipſemet Doctor Thomas litteris ſuis: ut mihi

dixit: cerciorē te faciet. Quare vel vnico versu nego-
ciū hoc pcurrens: saltem ostende in lrīs tuis: me tibi su
per ea re scripsisse: ut diligencię meę testimonium ha-
beam: scilicet/ne me putet tibi nunq̄ scripsisse quicq̄.
Ignosce obsecro: quia vides neq̄ amicis deesse decere:
neq̄ polliciti fidē violandā esse. Quod in nouissimis
lrīs: p q̄ndā fratrū ordinis scti Vuilhelmi ad te scripsi:
sup dispensacione in quadā causa affinitatis &c. lacio
res ad te postea dabo: et honustas lrās. Nam non fuit
tanta familiaritas ei: cuius res agitur: cū hoc nūcio: ut
videret e re sua esse: pecuniā & causam hāc commiti.
Vale. Ex Argentina. iiij. kl. Octobris. Anno. M.cccc
lxxxvi.

Veterē amiciciā aliquādiu interceptā renouans:
status honori congratulatur.

Petrus Schottus Insigni ac nobilissimo viro: domino
Gualtero de Halevuin: Equiti aurato: Iuris Doctori:
ac Baliuo Brugensi magnificentissimo. S.P.D. Indu
ci nō possū vir magnifice: ut credā lrāꝝ amorē: ac hu
manitatē incredibilē: qb⁹ te ip̄rimis pollētē Bononiæ
cognoui: his tuis amplissimis accessiōib⁹ abactas esse.
Quin poci⁹ arbitror: his ornamētis/qb⁹ ad honorē &
glām: nō min⁹ q̄ generis nobilitate cōscēderis: eam te
grām referre: ut q̄ te plib⁹ dignitatū p̄mijs accumula-
rint: eo diligēci⁹ et studiosi⁹ a te colāt et adseruent. Qꝛ
obrē nō verit⁹ ego: tā diuturnā familiaritatis nrę inter
capedinē (sext⁹ em̄ nūc ānus euolut⁹ est: q̄ te nō vidi)
attamē fret⁹ bn̄uolēcia & amicicia mutua: quā in p̄mo
tuo appulsu ad Bononiēse gymnasiū: non sine multa
bonarū arciū suauitate contraximus: indignum duxi
vtriq̄ nostrū: ut cū hos fratres probatissimos viros: te
cōuenturos intelligerē: non gratularer p lrās honori
tuo: & amiciciam antiquam/iam veterno ferme tor-
pentē: innouato cultu: ad familiaritatē reuocarē. Itaq̄

primo: ut tibi & res vxoria & administracio clarissimi honoris: bñ / ꝓspere / ac feliciter ęuenerit: Deū immortalē maximū: mirū in modū oro. Deinde ut cū vacare ab occupacione Reipub. licuerit: & ad dulcissima studia animum oblectare: nostri quoqꝫ / qui ingenij ac familiaritatis pristine nūqꝫ nō meminimꝰ: recordari velis. Et vel vnis: vel q̊d malim freq̄ntibꝰ l̄ris: amorem in me tuū (siquidē studiū nostrū nō asperneris) cōprobare. Nam quū honestissimū sit: amorē nec tp̄e nec loco dirimi: clarius id tanto fuerit: q̄ et diucius cessauimus: & distanciori loco segregamur. Vale. Et me meosqꝫ tibi cōmendatos esse ꝑsuade. Datū Argentina ad. viij. kl̄: Nouēbres. Anno. M. cccc. lxxxvi.

Familiaritatē pristinā cōmemorat. Illum cōiugatū esse gaudet: & se ecclesiasticū narrat.

Petrus Schottus Argeñ. Iuris pontificij consultissimo ꝓfessori: domino Heinrico Moser: fratri honoratissimo. S. P. D. Magna me iucunditate affecit Heinricus de Hevuen: nobilis ac p̄stantissimus eccl'arꝫ / Argeñ. Custos: Constancieñ Decanus. Qui interrogāti mihi nuꝑ: si quēpiam Heinricū Moser doctorē nouisset. Ego vero inquit: & virū noui et nō modica mihi familiaritate: iunctū esse ꝓfiteor. Tum ego / quasi diuturni desiderij compos: gratulabūdus inqꝫ: ecquid / bene baberet Constācie: Num ꝓ doctrina & virtute: fortuna respōderet: Qui ait bene te habere. Vxorem em̄ haberes: & nūmosus patrocinator / cęteris esses celebrior. Itaqꝫ nō mediocriter gauisus fui: qui vel tādem intelligerem: te ex sn̄ia viuere: et ꝙ occasio nobis obtigisset: ꝑ generosum illū virū: longā nostrā cessacionē: creberrimis Epistolis deinde pensare. Equidē postea q̄ꝫ a te decessi: præter salutacionē vnicā: quā a te mihi D. Ioannes de Seckingen Eques auratus pertulit: ne verbū certū de te intellexi. Quare ut familiaritas nr̄a:

inter dulcissima lrarum studia inchoata/reintegretur:te oro & obsecro. Quis em interea/ab eisde disciplinarū principijs:ad diuersos fines & opaciones cōfluxerimus:utpote cū tu Cōiugatus:litib⁹ populi dirimēdis indulgeas:ego aūt Ecclesiastic⁹: quietē petēs:ab omi strepitu me alienauerim. Tamen ut cętera sileam: vel in hoc cōuenimus:ꝙ cōstantes ī institutis nrīs:quā qsꝙ viuendi sibi condicionē:vel tūc cū Bononię discebamus/meditabaṫ:hanc arripuerimus:& opitulante Deo:satis fœliciter hacten⁹: reliqua ꝓ placito suo idē ipe modereṫ. De his satis modo. Oracionē hanc funebrem: quā a te comodato aliqñ accepi:inṫ libros meos reperi. Ne succenseas obsecro:ꝙ nō iam pridem receperis. Id em tum incertitudo fœcit:ꝙ ut dixi:vbi nā esses nō sciebam:tum ꝙ verebar cōmittere nūcijs:nisi certis. De consortibus nostris Bononiensibus:dominus Bohuslaus nūc Achicācellari⁹ Regni Bohemici: anno supiori Argentinę me reuisit: & perꝗ plures dies apud me moratus est. Fridericus Bussener:in comitatu & familia eius est. Auibus (si forte oblitus es) animū oblectat. Vdalricus Buck cocus q̄ndā noster:nūc Pedagogus Alberti:filij Principis Bauarij: Ludouici Moguncię: Iuris Cesarij apicem: ꝓpediem attinget. Quid plura: Deficeret me charta: si recensere omnes Vbi tu scribēdi ampliorē materiā suppeditaueris: pluribus vtar. Vale. Date ex Argentina. v. kl. Nouēbris Anno. M.cccc. lxxxvi.

Ad scribendas litteras: & non barbaras hortatur.

Petrus Schottus Ioanni klitsch de Rixingen. S.D.P.

Sępenumero ad te lras dedi:quibus te monui ut parsimonię/litteris/& bonis moribus opam impēderes: q̄ magis miror ꝙ & lras a me nullas recepisse scribis: & id amplius ꝗ sperabam: barbare. Itaqꝫ ex lrīs: quas

vna cum aliquot pecuniȷ̃s: e Colonia recipies: intelli-
gas voluntatē meam. Et curabis nitidius / aut saltē la-
tine ad me Epistolas conficere. Parentes mei valent:
& te saluere iubent. Tui quoq; ut audio: bene habent
Sed postq̃ litteras tuas: quas attulit Andreas: ad eos
misi: nihil responsi ab eis / quod ad te pferrem: accepi.
Ioannes successor apud me tuus: forsan exacta hieme
ad te properabit: cum quo pluribus. Vale. Deū ama:
& disce. Ex Argētina Dominica post Natiuitatis glo
riosissime virginis. Anno a natiuitate Dñi. M. cccc.
lxxxvi.

Commendat amicum. Et causam dispensa-
cionis in causa Matrimoniali.

Petrus Schottus Iuris pontificiȷ̃ nō imperito Doctori
Magistro Vito Mæler de Memmingen: fratri hono-
rando. S. D. P. Qui has tibi reddet litteras. Argenti-
neñ. est: homo haud impurus. Eius vbi mores cōtem
plabere: admiracioi tibi erit: eum incolumem Romā
vsq; pertigisse. Nam qui prope sexagesimum agat an
num: nec vnq̃ duabus dietis a Patria discesserit: & in-
ter suos / gracillimus sit semper habitus: hic iam distra
ctis omibus quæ domi habebat: nec seuiciam hiemis
nec asperitatem monciū: nec itineris longitudinē ve-
ritus: Romam petit: istic inter sanctorꝝ exuuias / mem
bra sua: ut sperat: compositurus. Itaq; orauit: ut eum
tibi cōmendatum faciam: si forte benificenciam tuā /
quādoq; sit requisiturꝰ. Tu vero vides amicissime Do
ctor psonam ipsam: opis indiguam. Itaq; si ingratum
non fuerit: cōmendatum eum: per me tibi persuade.
Scripsi superioribus diebus: & misi vna aureos Re-
neñ. decem: pro expedicione cuiusdam dispensacio-
nis: in causa quadam Matrimoniali. Itaq; maximope
oro: ut si pecunia illa / ꝓ tuo salario: & expediciōe ne-

gocij sub forma/qua cōmisi sufficiat: maturare velis. Sin minus sufficiat: tu quēadmodū prius rogaui: fidē meam secutus: quod deest suppleas: restitucionē procul dubio recepturus. Modo negocium legaliter: & cito expeditū: ad nos deueniat. Quid plura? te amo. Itaq; te liberius solicitare nō vereor: fretus animi mei consciencia: qui si oportunitas offerretur: tibi graciā referendi promptissimū me fore sciam. Vale. Ex Argētina quarto ydus Decembris. Anno domini M.cccc. lxxxvi.

Amiciciam ratam spondet: & petit.

Petrus Schottus Preclarissimo Iuris pontificij Doctori: Magistro Vito Mæler de Memmingen: tanq; fratri carissimo. S.P.D. Nullam tam stabilem ac firmā amiciciam esse putant: quæ diuturna familiaritatis omnis intercapedine: detrimentum aut remissionem sui nō paciatur. Itaq; quum sim tibi nō vulgari/sed antiquo: & ut spero intimo amore deuinctus: statui/eciam si nihil sit aliud: quod a te desiderare debeam: tamen ne familiaritas diucius cessare videatur: frequentibus tecum Epistolis loqui: quæ vtcūq; breues fuerint: tamē & tuam erga me beneuolenciā feruidiorem reddant: & meam in te constantem testentur. Quod igitur solum in presenciarū intendi. fac mi Doctor: mi Preposite: mi Decane: mi Rector: & si qd sit aliud: fac inq; ut bene valeas: non solum corpore: sed potissimum anima. Me amare non desinas. Cerciorem me facito: ecquid ī negocio tibi pridem credito effœceris. Et si cū confectum esse sperem: tamen nihil adhuc litterarum tuarum vidi. Super statu Italię: quem nouis tumultibus moueri audio: aliquid intelligere velim. Vale amice amantissime. Prepropere. Ex Argentina ipsa dominica Oculi. A natiuitate domini Anno. M. cccc. lxxxvij.

Omnes Argentinenses desiderare reditum
Io. keisers. sui concionatoris.

Petrus Schottus Eximio sacrarum lrarum interpreti: & Doctori: Mgro Iohanni Geiler de keisersberg: patri suo plurimum amato. Gra & pax. Pater optime: celeberrime Doctor. Omnia fauente deo sunt nobis prospera. Tui solummodo absencia: et desiderium nos cruciat. Ne multa dicam: vacuam incolere videor vrbem: dum festis diebus / consuetum eris campani sonum non audio: tantam frequenciam populi coire nusquam contueor: nec solum eruditissima efficacissimaque predicacione tua: verum eciam iucundissimo nro conuentu carere cogor. Sed hec minora sunt: quandoquidem sua quisque maxime senciat. Maioris ponderis sunt: ea que totus populus tua doctrina destitutus: perpeti se conqueritur. Scio te nequaquam credere: quanto tui desiderio ducatur. Adeo me obtundunt passim accurrentes sciscitantesque: vbi nam sis? quando sis rediturus? ut vix audeam in publicum prodire. Etenim quum id quod iussisti respondeo: me ignorare: persuadere non possum: ut credant: adeousque prinum in me amorem tuum / omnes perspexisse videntur. Quod sane / quum per se molestissimum sit: molestius intolerabiliusque reddit desiderium tui: quod mei sis amantissimus: talisque omnibus videaris. Quare mi Pater / aut redi: aut me ad te vocato. Sperabam intra constitutos a te dies: videre lras tuas: que cum nulle venerint: sperare incipio: te non lris / sed presentem nobis statuisse loq. Dum hec propero scribere: superuenit Mgr Io. Rot communis amicus: qui et sacerdotem harum latorem: primus mihi adduxerat. Is significauit: hoc vesperi per Iohannem nuncium dominorum Capitularium: litteras a domino nostro Augustensi ad te platas esse: quas nemini / nisi tibi ipsi sit redditurus. Plurima cupit affecta mens ad te scribere: sed & temporis penuria: et dolor / qui me prorsus turbat: abrumpere meditata cogit. Vnum id memori corde seruato: nauim que maioribus fluctibus quatitur:

eo magis egere gubernatorē: eum aūt tanto ſpem am/pliorē regende nauis aſſumere debere: q̄ viderit ſe: & cōdicionē nauigij: & ſcopulorꝝ latenciū pͥcula: et vē torꝝ eo mari dominanciū flatus: vel aliq̄rꝝ temporum ampliori experiencia pdidiciſſe. Deum ꝓ me tuo/nobiſqꝫ omnibus ora. Frēm Sebaſtianū ſaluere iube: & ad p̄ces inuita. Deus cor et pedes tuos dirigat in viam pacis. Salutāt te: vel pocius deſiderant p̄ſentē ſaluere om̄es: longū eſt numerare. Vale in domino n̄ro Ieſu Chriſto. Ex Argentina Dominica Exaudi. Anno dn̄i M. cccc. lxxxvij.

Commendat amicum.

Petrus Schottus Decretorꝝ Doctori ſolertiſſimo Ma/giſtro Vito Mæler de Mēmingen: fratri ſuo plurimū honorato. S. P. D. Lr̄as recipis: viri Inſignis D. Doc/toris Thomę Vuolff. Ei q̄ntum ego debeam: propter ſumma in me merita: intellexiſti ut arbitror ſępenu/mero ex eis/quas ad te frequentes dedi Epiſtolas. In̄ ſumma: Parentis hic mihi loco eſt: quippe cuiꝰ opera & cura: quā vnicam poſſideo prebendā: fuerim adep/tus. Q̄zobrē ſi me amas: huic viro/fidelē ſedulamqꝫ opam p̄ſta: et fac ſenciat hanc meā cōmendacionem: roboris aliquid apud te ſortiri. Q̄zuis enim ip̄e tibi ſit: non mediocri amicicia carus (id q̄d ex lr̄is tuis nuꝑ ad me ꝑlatis: apertiſſime ꝑſpeximus) voluit tn̄ hac mea ī terceſſione: apud te vti: qui omniū relacione didicerit me tibi amicorꝝ omniū eſſe amiciſſimum. In eo ne vel ipſe fallatur: vel ego fallar: ſummope curare debebis. Preſertim cū res iſta: eiuſcemodi iuuenē tangat: q non ſolum ei quem ſcripſi D. Doctori nepos ſit ex fratre: ſed et mihi filiolus ſp̄ualis: quā attinenciā/eciā carnali ſtrictiorem eſſe: nō ignoras. Eſt præterea tantę & tam p̄clare indolis: ut longe ampliora mereri poſſe vi/deatur. Itaqꝫ nō aliter tibi rem cōmiſſam eſſe velim: q̄

si mea sit. Te aūt mei amātissimū esse scio: te em̄ semp̄ plurimū amaui. Vale. Datū. Argētinę Sabbato post visitacōis Marię. Anno domini. M.cccc. lxxxvij.
Hæ lrę tāta celeritate Romā perlate fuerūt: ut Sabbato ꝓximo post datā: in aurora illic fuerint. Duab⁹ horis minus / q̄ septē diebus naturalib⁹: Romā venerūt ex Argentina: q̄uis nō p̄sentatę sint: sed ad me relatę: quia earum ope non egebat qui detulit.

Agit gracias. Dispensacionē silencio transeundam: ob mortē alterius coniugum.

Petrus Schottus Insigni sacri pontificij iuris interp̄ti: Mg̃ro Vito Mæler de Mēmingē: fratri sibi p̄lm caro. S.D.P. Breuibus tibi verbis grās agere cōpellor: pro ingentibus donis: q̄d intelligo nunciū vel paucis deferendis grauari. At si tibi eas referrem grās vir amicissime: quas me tibi debere ipse p̄spicio: facile cognosceres gratissimas mihi extitisse: quas ad me dedisti oraciones. Sane nō est q̄d ad vos a nobis deportari possit dignū lectione v̄ra: qui nō nisi accuratissime & doctissime recensita: audire cōsueueritis. Verū si Dn̄s fauebit: aliq̄n cōpensabit̄. Quod prius sup̄ dispensacione in causa Matrimoniali impetrāda postulauerā: id sopitum ire: vehemēter oro. Alter siquidē cōiugū / diem functus est extremā. Itaq; ne nomē quidē vllius: a te ꝓpalari velim: siquidē fieri possit. In relq̄s: tibi diligētissimo faueo. Video siquidē te bonoꝝ / iustorumq; partibus fauere: quod ut semper facias: tui vero neq; q̄ obliuiscaris: te iteꝝ atq; iteꝝ hortor. Mg̃r Iohannes Molitoris Patauiū: cū D. Iacobo Primogenito Marchionis Badeñ. incolit: nisi eos q̄d vereor bellum inter Ducem Austriæ: & Venetos dispulerit. Vale. Et me solito ama. Te em̄ magisq; diligo. Sed quod breuibus scribam: causam in capite legisti. Ex Argentina

secūdā post corporis Christi. Anno domini. M.cccc.
lxxxvij.

Frugalitatem suadet: ob Parentum
egestatem.

Petrus Schottus Iohāni klitsch de Rixingen. S.P.D.
Quia Iohannes meus successor tuus/vel ante hunc: qui tibi has litteras reddet: saltem ut spero: paulo post eum ad te venturus est: qui te super omnibus cerciorem reddet: idcirco paucis nūc vtor. Equidem neminem pretermitto eorum: quos te petere ītelligo: quin vel perbreues ei litteras dem: ad te perferendas. Quę mihi plerumque mutato nuncio/referuntur: aliquādo ut suspicor: non tibi redduntur. Tuas enim raras admodum vidi. Sed ne lōgior sim: Parentes tui bene habent: sed ut parce viuas: suadent. Negant enim supra quatuor: aut summū quinque aureos [illegible] mittere. Magister Iohannes Rot & ego effecimus: ut ex largicione Magistri Georij illius vetusti: quem sepe in ędibus Magistri Iohannis vidisti: qui nuper defunctus est: aliquid consequaris. Itaque et nunc tibi aureum mitto: plures vel per Iohannem: vel per fratres Canonicos Regulares missurus. Vale. Disce: & Deum time. Date ex Argentina pridie ydus Marcij. Anno a natiuitate Christi. M.cccc.lxxxvij. Socios/præsertim iuuenē Magistri Melchioris ama: & fauore amicabili psequere: idē ab eis expectaturus. Caue/in quopiā ab eis discordes in bono. Iterum vale. Salutant te Parentes mei: & omnes tibi fauent si & probus et doctus euadas.

Cōgaudet Doctoratui. Futurā operā pollicetur: in facienda p possessione diligencia.

Petrus Schottus Insigni atque ornatissimo: Iuris vtriusque Doctori: Magistro Iohanni Muller de Rastetten: maiori suo tanque fratri obseruandissimo: Salutē. D.P.

Primū ego tibi ob adeptū honorē gratulor: & ut tibi saluti sit eternę: vehemēter exopto. Equidem sperare iam: ac ꝓinde mihi cercius ꝓmittere videor: quemad modū dignitatē: iam multos ante annos tibi debitā: q̄uis tarde/attamen es assecutus: idq; et cumulatissi-me: & cū gloria singulari. Ita eciam condiciōe vitę te dignam: cunctantē hactenus: concitato nunc tandem gressu: vltro ad te ꝓperaturā. Cōfirmabunt ut spero: aliqn̄ p̄ces Regales. Neq; em̄ adhuc p sedē Aplicam acceptatę dicunt. Itaq; nullū adhuc in nostra Diocesi: quod equidē sciā: sortitę sunt effectū: licet pleraq; Be-neficia eis obnoxia vacauerint: verentib⁹ quibusq; im pensas liteq; sine comodo. Q̄ obrē q̄d mihi mādatū dum abires dedisti: id ego memoriter tenēs: si qd eciā in eccl'a tua vacaret (tuā/spe nomio) nihil tentarē: nisi alterius experienciā antea nouissem: et spem lucri suc cessusue conciperē. Quod quia nondū accidit: confi do ut scripsi: nouo quodā et conuerso fato tuo: prope diem occursurū. De his tibi plura scripsi: lr̄is nup ad te datis: si reddite sint ignoro. Addidi quoq; Magistrꝝ Mathiam Kolb: quadragesima supiori: per Argenti-nam patriā vna cum sibi creditis adolescentibus pe-cijsse: mihiq; aureos. xiij. quos ex suppellectili vestra Parisij relicta redegerat: numerasse. Preterea cirogra-phū cuiusdā Badeñ. cui nomine tuo duos aureos mu-tuo dederat: p̄sentasse. Hunc ego primū domino Iaco bo keller miseram. Deinde & aureos. xiij. quos ꝓ as-secuciōe possessionis Canonicalis: apud me veluti de-positos retinebā: eidem in Nundinis nostris tradidi: quod asserebat eos nō ad te: sed ad dn̄m tuum ptinere Quid plura? Ego illustrissimū dn̄m Iacobū: te tuosq; incolumes pseuerare: & vbi e re vr̄a fuerit: focos laresq; paternos fœliciter reuisere: maiorē in modū deside ro. Istis tu me maximope cōmendabis. Tu vero/pa-

terno amore cõplecti me: nõ desistes. Parẽtes mei: & Magister Io. Rot plurimã fœlicitatẽ Doctoratui tuo imp̄cant̄. Vale. Ex Argentina. iij. kl. Augusti. Anno a natiuitate domini. M. cccc. lxxxvij.

Se secũ post pharmaciã sũptã cenaturũ: & petit explorari de hospicio in balneis comodiori.

Petrus Schottus Eloq̄ntissimo sacrarꝫ lr̄arꝫ Doctori: Mgr̄o Iohanni Geiler de keisersberg: Patri plurimũ venerando. S. D. P. Mirabilis mihi ut cęteris / esset discessus tuus facũdissime Doctor: nisi te nõnihil noscerẽ: sed ꝙ eũ nõ antea rescierim: effœcit valitudo mea: nõ vsq̄ quaq̄ ꝓspera: quæ me domi cohibuit: quo minus te ut consueui / ad diem dominicũ reuiserẽ. Verũ clęmentissimus Pater: salubritatẽ eousq̄ restituit: ut sperem postridie: ꝙ̄ ęuacuacionem aliq̄ assumpsero: hoc est / ad diem Mercurij Iouisve: me vna cnm Magisto Io. Rot tęcũ cœnaturũ. Iouis pocius credo: quia subito pꝰ ęuacuacionẽ / quã cõdicio mea postulat: solis subire discrimina: nõ audeo. Vbi cõuenerimꝰ: cõsultabimus: num tu visendi solũmodo eximij Iohannis kerer Decretorꝫ Doctoris gr̄a: ꝓfectus fueris: an Balnearũ? num in istis: an in Cellarijs mollescere malis? Et ut iustũ tibi fuerit: vel repetemus patriã: vna cũ Doctore kerer: hac animi remissiõe nobis gratissima contenti: vel istic illic ve: legitimũ balneandi tempus / domino fauente explebimus. Tu interim facile scrutaberis: quę nobis taberna sit liberior salubriorq̄. Eam quæ ab incõcinnitate dicam: an difficultate inauspicatũ: zum Vngemach: nomẽ ducit: a multis præsertim Parentibus laudari intelligo. Si vacet: siq̄ tibi libeat: illic inuestigare poteris: nec quicq̄ nostri causa pacisci: nisi tibi imprimis gratũ sit. Eque ẽm nobis acceptũ ẽ reuerti illico: atq̄ p̄seuerare. Aliũ si intelligis accomodaciorẽ locũ: tu qui prior abiens explorandi officium

sumpsisse videris: tuo arbitratu electionē habe. Io cor tecū: quia exploratorē simulo: sed id res & locus non abnuit. Cetera serio scripta. Vale. Ex Argeñ. pridie kl'. Augusti preprope. Anno dñi. M. cccc. lxxxvij.
Conclusas iam lrās: coegit reserari: grata nobis plurimū dñi Doctoris kerer salutacio. Non q̄d apertis adhuc his: eius obliti fuerimus: quem constituissemus propediem coram saluere iubere: sed quoniā agnoscimus: omniū excusacionum euersorem.

Rogatus ab Episcopo Augustensi: ut causam cuiusdam Beneficialem ꝓmoueret: sese excusat: q̄ ex cōsilio Prædicatoris Argeñ. ab huiusmodi negocio exemerit: & ī Procuratorem/onus istud transtulerit.

Petrus Schottus Reuerēdissimo ī Christo Prī ac dño Augusteñ. ecclie Epo dignissimo: dño suo imprimis obseruādo. Quicqd veneraciōis/obtempācie/ac pietatis potest. Lrās tuas Antistes optīe: ex Nurenberga recepi: plenas solite tue hūanitatis ac beniuolēcie: quibus mihi causam dñi Viti scribe cōmēdasti. In q̄ cum consultū haberē: illū tibi nō immerito carissimū Doctorē: mihiq̄ singularē Prēm: Mgrm Ioannē de keisersberg. Is vbi Eplam tuā legerat: respōdit iudicare se: cōmendacionē illi⁹ facti: q̄d ad accumulacionē Bñficiorꝝ Ecclesiasticorꝝ ptineret: nō ex snīa iustissime dignaciōis tue ꝓfectā esse: sed extortā pocius: importunis p̄cibus dñi Sigismūdi Bruschenckner: qb⁹ nō facile tale quippiā negares. Neq̄ eñ verisimile esse: te semel liberatū a pturbacione quā cōsciencie tue/Bñficiorꝝ que possidebas: pluralitas induxerat: iam iterū velle: ꝓpt alienas prebendas: ad quas aceruādas: suasor & auctor esses: scrupulorꝝ discrimen incurrere. Ita q̄ qñ id & reuerēdiss. P. T. & mihi pniciosū foret: suadere se & cōsulere mihi: ut posthabitis verbis: mentē

tuam/timore domini refertā/amplecterer: & cōmis-
sionē hāc/nō ex eo ꝙ sonaret: sed q̊d tu velles: meti-
rer. Q̄obrē eximie Pater: cū ego obtēperans consilio
eius: q te optime nouit: ineptū me ad eiuscemodi ex-
cusarē: delatū est negociū ad dn̄m Benedictū: q vna
mecū procurator est cōstitutus. Is/si quid recti in hoc
agi possit: longe melius expediciusq̧ me ipso perfi-
ciet. Hanc igitur purgacionē meam: Reuerendissima
tua Paternitas benigne admittet. Nihil enim est mihi
antiquius: nihil venerabilius: nihil cui morem gerere
malim: integerrima paternitate tua: cui vni ęquo ani-
mo ferre possum: adiungi vnicum decus Reipub. Ar
gentinen̄. Doctorem dico: quem nominaui. Quo si
tantopere tuis rebus per eum cōsultum iri speras: ca-
reamus ad tempus: dūmodo postea remittas: & con-
tentos esse iubeas Augustenses tuos bono Presule:
gaudeant autem Argentinen̄. eciam tui: saltem bono
predicatore. Confidenter scribo: quod fœcit beneficē
tissima in me humanitas tua: presertim ea/quā nobis
anno supiori in Tillingen exhibuisti: pro qua tibi im-
mortales grās: ipse Dominus habeat referatq̧. Paren
tes mei humile obsequiū dicunt Reuerēdissime P. T.
cum sui cōmendacione. Cui ego me totum deuoueo
dędicoq̧: quam Pater omnipotens dirigat in viam sa
lutis ęterne. Datū Argentinę ad. ix. kal. Septembris.
Anno domini. M. cccc. lxxxvij.

Bohuslaus de Lobkovuic: Clarissimo I. V. Doctori
Dn̄o Petro Schotto Argen̄. amico carissimo S. P. D.

Mi frater mi frater mi frater ne succenseas: si tardius
& rarius q̄ʒ speraueras lr̄as accipis: neq̧ idcirco animū
meū erga te mutatū existimes: neq̧ hoc ignauię aut
negligenciæ meę ascribas: sed quia aut nulli: aut quā
paucissimi sunt: q hinc ad te ꝓficiscunt̄. Nunq̧ enim
aliqua vis fortune tanta erit: ut me abs te saltē animo

separaret: neq; mihi aliqd gracius accidere potest: quã tuę iucũdissime cõsuetudinis reminisci. Quæ & si tibi persuasa esse nõ dubito: delectat me tñ de his rebus scribere: q̃ ad amorẽ nr̃m confirmandũ: maxime ptinẽt: presertim cũ nullũ aliud scribendi genus se mihi offerat: nisi forte de valitudīe mea ędoceri cupis: quã vel ex hoc cognoscere potes: quia ad te scribo: quod infirmi facere nõ cõsueuerũt. Te quoq; & aīo & corpore valere opto: & in pristina erga me beniuolencia pseuerare: q̃d quidẽ mihi ẽ exploratũ. Nam nup Magister Iohãnes ordinis Predicatorꝝ: Prior Ratisponeñ de tuo in me affectu: multa mihi scripsit. Vale. Mitto tibi munuscula: quę fac grato aīo suscipias. Ex Hassenstein die. x. Aprilis. Anno. M. cccc. lxxxvij.

Pro munusculis dono missis agit grãs. Et refert imparẽ se ad pstandũ cõsilia. Petita fateť. Fratrẽ Nycholaũ apud Heluecios describit.

Petrus Schottus Magnifico generosoq; atq; Doctissimo viro: dño Bohussao de Hassenstein: Regio secretario: Domino precipua singularitate obseruando: Salutem P. D. Diuturnã expectacionẽ meã: abunde solatus es suauissime Princeps: & lr̃is et munerib⁹ tuis. Nam et bonã valitudinẽ tuã intellexi: qua mihi nihil optacius: et amicicię nr̃ę perpetuę fructũ cœpi nõ mediocrem: cũ tabellariũ tuũ cũ tam præclaris ad me / meosq; donatiuis accipere: grãm habeo agoq;: agunt & mei: peculiariter mater: referre eñ nõ possumus. Itaq; non ut pensemus accepta: sed q̃d tibi grata esse sencio: semina nõnullarum herbarũ floruq;: salubritate / odore / coloreve præstãciũ: ad te mitto. Preterea quatuor euangelistas: cum Canonibus Eusebij. Cultros nostrates: tuis quidem non pciosiores: sed tibi ut arbitror rariores. Plura misissem: si nõ molestassem longũ iter Michaelis istius: viri nobis ppť te pgrati. Sed nec

dū ſcio: an eā q̄ tibi p̄ Eſelbergum Nurenbergeñ. red-
di curaui: nō diu poſt diſceſſum tuū a nobis p̄ſentata
tibi fuerint. Et quas per Fridericū quoq̨ tuū: binas ad
te dedi lr̄as. Quarū alteras / comitabat̄ doctrina de ac
centibus grecis: alteras neſcio qd aliud. Habent̄ apud
nos: in ſatis denſo volumīe: oēs libri Platonis: p̄ Flo-
rentinū quēpiā nup̄ tranſlati. Eos ſi nondū adept⁹ fue
ris: fac me rogo certiorē: ut tibi p̄ Nurenbergā mittā:
ſi quidē priora tuto illac ad te deuenerint. Ad lr̄as tu-
as redeo: qbus me nō ſolū petis: ſed ꝓ iure tuo poſtu-
las iubeſq̨: ut tibi præſcribam: qd tibi in nouo iſto vi-
tę genere faciendū ſit: qui Curiā Regis ſis acceſſurus.
Ego vero: ſi tibi quicq̨ negare auderem: aut poſſem:
iuſtiſſima id excuſacione a me depellerē. Cū non im-
merito notam vererer: nequaq̨ imparē ei: qua penus
Hannibal delirare dixit Phormionem Peripateticum:
de re militari pręcœpta dantē: qui nūq̨ hoſtē: nūq̨ ca-
ſtra vidiſſet. Verū conabor: ſaltē fretus hūanitate tua:
iuſſis tuis obtēperare. Impiū em̄ duxi: tibi eciā in his
quę vires meas ſupant: morē nō gerere. Cęterum ne
tardius ea pręcœpta legas: iam nūc tibi prefigēdus eſt
finis: in quē tendas: & in quē dirigas arcum: ut Perſi⁹
ait. Hunc cū cōſtitueris: & frequti ac iugi cogitacione
mēti ꝓpoſueris: quęcūq̨ media in eū finē accomoda
ta eſſe cōſpexeris: ea cōplecteris: quę in auia ducēt ea
declinabis. Etem̄ nihil adeo nos facit imbecilles: in fe-
rendis aduerſis: & impotētes in ꝓſperis: q̨ cuius rei
grā in mundū ꝓcreati ſumus (felicitatis ſcilicet perpe-
tuę) tam raro meminim⁹: & in eā ꝓmerendā: nō om-
nia referimus. Quādoquidē oīa (culpā excipio: quæ
nihil eſt) diligētibus Deū: in bonū cedant. Sed de his
alias ut ſpero. Frēm Nycholaum e vita diſceſſiſſe non
ignoras: eū dum viueret: cōuenimus Pater & ego: ho
minē inculto crine: vultu honeſto quidē: & macie ru-

gato: ac q̄si puluere cōsperso: q̄ lōgos ac ꝓceros artus/ vnica veste cōtegeret: blandis verbis: & vere xp̄ianis nos accipet: sine vlla tn̄ simulacōe: quā hypocrisim vocāt: sed simplici et abbreuiato cōtextu: q̄ sit; respōdēs Eius tibi diu q̄sitā aliq̄n mittā: tum laci⁹ de obitu ei⁹: & de his/ q̄ inde secuta sūt. Incerta em̄ ꝓ certis: asseuerare nolim. Misisti ad me tractatus q̄sdā: plenos ꝑfecto subdolis: & hypocritis fallacijs: & q̄ facile potuerīt: animos simpliciū pellicere. Q uāq̄ em̄ parꝝ adhuc intuit⁹ eos fuerim: notaui tn̄ passim int̄ mella: erūpens virus: ut tibi forte aperiā nōnūq̄: licet nequaq̄ dubitē: id tibi & clarū et certū esse. Parentes mei: & quas salutasti soror eiusq̄ filia: eorūq̄ cōiuges: singulariter Doctor keisersberg: humile obsequiū & grām ꝓ munerib⁹ habēt. Fridericū eciā: & Stephanū saluere iube. Vale. Ex Argentina. iiij. yd⁹ Septēbris Anno M. cccc. lxxxvij.

Ex varijs negocijs scribere nō potuisse.

Petitq̄ formam noui generis vitę.

Bohuslaus de Hassenstein Venerādo doctissimoq̄ viro: dn̄o Petro Schotto: Canonico apud S. Petrum Argētinę: ac. I. V. Doctori: amico int̄ p̄cipuos. S. D. P.

Vereor ne subirascaris silēcio meo Petre iucūdissime q ex eo tp̄e/ quo tecū Argētinę fui: vnas dūtaxat ad te l̄ras dedi: q̄q̄ ex tuis postremis l̄ris intellexi: negligēcia Bernardi mei Adelmanni factū esse: ut ne ille q̄dē ad te ꝑuenerit. Q uod eo mihi molesti⁹ fuit: q̄m in eis omnē vitę meę cōdicionē cōplexus sū. Cęterū si succēses solū: nō est cur egreferā. Sin āt meā erga te beneuolēciā: nō dico extinctā: sed plane imminutā putas: vehemēt̄ iniqu⁹ es. Iāpridē em̄ te nosse oportebat: radices amicicię nr̄ę: alcius solo inherere: q̄ ut vllis fortunę turbinib⁹ cōuelli possint. Q̄ꝫ si tibi ante oc̄los curas/ sollicitudinesq̄ meas ponere possem: mirareris ꝓ

fecto: tm̄ mihi ocij supesse: ut hęc ad te scribere potuē rim. Noli em̄ existimare me Rhetorꝝ: & eorꝝ q̄ de Repub. scripserūt: pceptis vacare. Atqꝫ ut tu me forsitan facere velles: mouere affect⁹ & animos hominū: aut ad pietatē/cōtinenciā/modestiā/iusticiāqꝫ īcitare: aut ab intēperācia/libidīe/auaricia/crudelitateqꝫ deterrere. Quę vtiqꝫ tolerabilia essent: & studijs meis atqꝫ pfessiōe nō īdigna. Verū rem familiarē: a qua sp abhorrui: cogor curare. Partiri inī villicos officia. Prescribere q̄d vnūquēqꝫ facere velim. Audire q̄d acceptū: expēsumqꝫ ferunt. Hos messi: alios fœnisicio. Illos vindemię: alios pecuarijs p̄ficere. Videre/ne īcuria eorꝝ arescāt prata: sterilescant segetes: arandi/occandi/sarriendi/runcandi tēpa peant. Iubere (vbi res postulat) putari/ablaqueari/pampinariqꝫ vineas. Vt mihi tandem præter sentenciā meam: minime operam perdidisse videar: quod Catonem: Varronē & cęteros rerū rusticarū scriptotes legerim. Neqꝫ hęc tibi ridicula videantur. Quoniam ut aitille: huiusmodi homines: minime male cogitātes snnt. Quod si adesses: et me inter Tytiros Coridonesqꝫ meos: diligētissimi Patrisfamilias munus obire cerneres: exclamares profecto. O fortunatos nimium: bona si sua norint Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis: Fundit humo facilem victum iustissima tellus: & reliqua: quę Poeta ille omniū maximus diuinitus cecinit. Cęterū ut cūqꝫ se hæ res habēt: ego nō magn ope abnuerē: quin si fieri possit in hac vita: si plena laboris: at certe minime ambiciosa: consenescam. Sed restat mihi fastum illud & turbulentissimum Curię pelagus: ad q̄d enauigandum: scis quo ingenio/qua eloquēcia: & quod maximum est: qua fœlicitate op⁹ sit. Neqꝫ mihi quicq̄ꝫ hactenus impedimento fuit: nisi Fratrum dissensio quos in mutuam perniciem aliquantulū exasperatos

qūotidie blanda oracione ad cōcordiā pellicio. Itaq̃ si tantū ocij est: te pro nr̃a mutua beneuolēcia: eciā atq̃ eciam rogo: ut ea de re exiguum ad me libellū conscribas. Et doceas: quid mihi potissimū: in hoc nouo vitę genere faciendum: aut quorsum curas/ cogitacionesq̃ meas dirigendas existimes. Quoniā solum te duce: per hos conciti maris fragores: integro animo: hoc est: neq̃ aduersis rebus fracto: neq̃ secundis ęlato: ad portum me peruenire posse arbitror. Id si fœceris (q̃ q̃ vix fas puto: me aliquid abs te impetrare nō posse) magno tamen me tibi beneficio deuincies. Neq̃ necesse est cōmemorare: quibus potissimū periculis: huiusmodi genus hominū subiectum sit. Quandoquidē pro tuo ingenio: atq̃ ęrudicione ea tibi facilia cognitu sunt. Sed volūtate dumtaxat: & labore opus est: quem recusare: pro amici salute: forsitan impiū esset. Multa sūt alia: quę tibi scribere vellē: sed ea partim ex nūcio cognosces: partim ego / vbi plus ocij nact⁹ fuero: ad te scribā. Vale. Parētes cū Filia & Nepte: Genero & Progenero: & potissimū Prēm meū Doctorem keisersberg saluere iube. Stephanus quoq̃: & Fridericus te magnope saluere iusserūt. Iterꝫ vale. Ex Hassensteín q̃rto ydus Augusti. Anno post natū Saluatorē. M.cccc.lxxxvij.

Codicillum de vita Christiana transmittit.

Arma dissuadet.

Petrus Schott⁹ Bohuslao de Hassenstein. S.P.D. Cogitāti adhuc ac deliberāti mihi: qd nā ad te scriberē: q̃ desiderio tuo satisfecisse viderer: parātiq̃ nescio qd excudere: q̃d studia pristina redoleret: supuenit Fridericus tuus: imo noster: cū lr̃is qbus ꝓmissum exigebas Quod cū diucius differre nollē: existimarēq̃ sacius esse saluti tuę/ meęq̃ studerē: q̃ verborꝫ ornatui: hūc ad te Codicillū scripsi. Quem ita ut in mentē quęq̃

veniebāt: q̄ salubria cogitatu: & op̄e iudicare: cōpegi. Tua facilitate fretus: ut rudi cōceptui parceres: & naturę tuæ probitatiq; confisus: q̄ ea cupide lecturus sis & exercicio digna existimes. Crede mihi: parua sunt: et stulta existimaciōe hominū imprudenciū iudicata: sed paruulis intellectū dat Dn̄s. Et ea quæ despectui sunt mundo: gratissima semp̄ sunt deo. De his q̄ Hereticoꝝ doctrinā cōplectunt̄: nihil attigi. Id notaui: diabolicis telis sauciatos fuisse: primos eius Heresis autores sectatoresq;. Nam sicut retibus voluptatū nōnullos: & maiorē hominū partē captiuatā habet: ita & telis amariorū affectuum: & immoderati zeli q̄plures vulnerat & occidit. Habet em̄ insidiosus ille venator: animarū et recia et tela: ut Bernardus ait. Itaq; ex furore zeli quē dixi: in errorē tantū ꝓlapsi sunt intellectu: ut dum morbos Prelatoꝝ sanare velint: naturā ipsam & officiū interimāt: & malint credere nauiculā Petri: iam pene totā vsq; ad paucos suę factionis assertores: submersam esse: q̄ cōfiteri pc̄tā sua: & tocius populi tales ꝓmereri pastores. Sed q̄d apud te his vtor: q sis ī veritate orthodoxa firmissim⁹: q̄uis nō careat p̄iculo assidu⁹ cōuict⁹. Presertim cū (ut dicit Ap̄ls) Heresis ut cancer serpat. Sed de his hacten⁹. Frideric⁹ / si diucius q̄ vellet abfuerit: me culpato: eciā festināt̄e rediremorat⁹ sū. Atqui accepi: tibi arma parari. Vt q̄d obsecro? Num te (ne de Clericatu et Christiana ꝓfessiōe loq̄r) fœliciorē in armis speras. M. Cicerone: cui⁹ es discipulus? Haud bn̄ cōueniūt: nᶜ ī vna sede morāt̄: Mars & Caliope. O si te armatū cōtueri mihi liceret: q̄ tu mihi ut studijs et bonis artibus aptissim⁹: ita militarib⁹ insanijs inept⁹ videreris. Sed parce īpudēcię meę. Vale: et me ut soles ama. Vtcūq; rē inchoaueris: monitorū q̄ a me recipis: obliuisci noli. Iterū vale. Datū Argētinę Nonis Februarij. Anno dn̄i. M. cccc. lxxxviij.

Petri Schotti Argeñ. ad Bohuslaū de Lobkovuicȩ: dñm ī Hassenstein virū nobilissimū: de Christia-na vita salubriter instituēda.

Arbitror ego te Bohuslae: nec ornatā ȩlocucionē: nec philosophicas raciocinaciōes: nec ipa legū instituta a me desiderare: quū int̄ summā illoꝝ exuberanciā ver seris: sed sufficere tibi: si ꝓ cōsuetudine nr̄a familiari: nec alte repetito: aut argute cōprobato dicendi genere ad ea quȩ iterato iam a me ꝓ iure tuo exigis: coner re-spondere. Quōbrē hāc/ prætermissis oībus fucis: aut allegacionū ostētaciōib⁹: aggrediar rudib⁹: at Christia nā & verā sapienciā redolētibus verbis. Afferamq;: ꝓ ut in mentē venerint: ea q̄ mihi faciēda esse iudicaui a Mgr̄is vitȩ: & p̄cipue ab exhortacionibus Io. Geiler de keisersberg: Doctoris vere Christiani: cōmonit⁹ et ȩruditus. Equidem qm̄ te noui: eorundē propemodū studioꝝ/ morū/ ac naturȩ eē: quoꝝ sim ego: existima ui similia quoq; præcœpta vitȩ: ambobus congruere Iustumq; esse: ut quos adolescētes: humanarū arcium cōmunia studia amicos fœcerūt: eos iam virilē ingre-dientes ȩtatē: ȩqual' diuinȩ sapiēciȩ sectacio: cōiūctos detineat. In ȩterna tandē fœlicitate: ꝑpetuo consorcio & indissolubili caritatis vinculo: in ipsomet sūmo bo no deuinciendos & vniendos.

Quō egre mores bonos seruare: augereve possit: int̄ dissimilis vitȩ homines viuens.

Quum igit̄ primū a me tibi tradi desideras: quid tibi turbulētissimū Curie Pelagus enauigaturo: in hoc no uo vite genere faciendū existimē. Quantū ego rē in-telligo: certū tibi est: in Curiā Regis ꝓficisci. Equidē si te sane noui: nec ambicionis fastus: nec libidinis aut auariciȩ gr̄a: te illā petiturū crediderim: qm̄ ab his vi-cijs visus es: sp abhorrere. Atqui vide: id q̄d tibi maxi

mōꝑe cauendū esse arbitror: ne forte cōtagione: & ab incursu tot Pestilēciū viciorꝫ: quæ in Curijs fere Principum: veluti natiua mōstra: cubilia sua collocarūt: tu quoq͂ accedēs petaris: saucieris. Et cum luctū sufferre molestius videbitur: submisso poplite victus succūbas. Scitum est illud: ex conuictu mores formari: & eum qui picē tangit: inquinari ab ea solere. Quantūlibet etem̄ videaris mores sanos: ꝑ longā cōsuetudinē in naturā vertisse: ita/ut vix euelli posse videantur: tñ difficillimū est: mihi crede: in igne medio versantē: nō ardescere. Et quum te sencias inuidia premi: immo indignos tibi preferri: contra odio aut liuore non stomachari: inter supplices vniuersorum veneraciones: & luxus regios: vel fastu vel libidine non affici: in tot delictis & vanitatibus: quæ nisi probes vel Principem vel Proceres offendas: nunq͂ vel in adulatoriam purgacionem deflecti. Quid dicam de innumeris alijs sceleribus: quæ per Scriptores enumerantur: & quotidiana experiencia in huiuscemodi Regijs grassari docet: presertim auariciam: quæ in querendis/vsurpandisq͂ diuicijs consistit: & quemlibet quo potencior est: eo magis tentat & infestat. Quid de sacrilegis viris te moneam: partim in orthodoxa fide: partim in ecclesiasticarum possessionū detencione: pertinaciter aberrantibꝰ: quos profecto vel acerbissimos emulos habere oportet: vel ꝑ assentacionē salutis animę subuersores: nisi forte tam solidus es: ut subuerti nequeas: aut tam vehemens fortisq͂: ut non tu in illos: sed illi in te cōmutentur: & non maliciam ab eis: sed ipsi a te probitatem discant. Quod eque facile esse iudico: q͂ si pendens in ripa procliui & lubrica: volutanti in gurgite: & iam submersioni proximo: manum porrigeret: seueriori etenim periculo seipsum exponeret: illum nihil iuuare posset. Quare si

vel publicę vel priuatę vtilitatis gr̃a: in Curiã diuerte-
re cõpelleris: id tibi mẽti sedeat: ut te Curię comodes
solum: & nõ des. Et illic quanto breuiori poteris tem-
pore perseueres: & prius eam fugias: q̃ te mores pri-
stinos exuerit: ac impedierit probacioribus ornari &
augeri.

Christianũ decere Christianã sectari sapienciã.

Qui sint autẽ mores illi: q̃s ꝓbaciores voco: quũ tibi
declarauero: ex hoc simul accipies: quorsum cogita-
ciones / curasq; tuas dirigere debeas: & quid tibi sit fa-
ciendũ. Equidẽ Christianus sum: isq; sacerdos: & ad
Christianũ mihi singulari necessitudine in deo deuin-
ctum loquor. Itaq; non ut Ethnici philosophabimur:
quoꝝ qui diuiniores habentur: veri tñ finis ignari: ad
virtutes hortantur nudas: easq; quasi ꝓpt̃ seipsas am-
plectendas esse docent. Sed veluti is / qui Christianã
sapienciã nõ modo ꝓfessione: verũ eciã corde toto se-
ctari: aut saltẽ desiderare concupiscit: & te in eandem
sentenciã inducere conatur. Hęc quę sequũt: summa
ria coaceruacione ꝓstrinxi: eaq; velim nõ summis (ut
aiunt) labris a te contingi: sed ab ipis p̃cordioꝝ tuorũ
penetralibus auidius absorberi: digeri: ac maturesce-
re: adeousq; / ut in opa ipa ꝓrumpant.

De fide in affectionẽ trahenda.

Imprimis igitur: qm̃ iustus ex fide viuit: hoc est: is iu-
stus est: qui vitam suam ꝓrsus ijs accomodat: quę sibi
ꝑ fidei lumen apparent. Idcirco quisquis iusticiã Chri
stianã: & per eam salutem assequi statuerit: ei potissi-
mũ esse iudicant Patres sancti: ut fidem quã ore profi
tetur: siue de immensa illa atq; ꝑfectissima Dei maie-
state: siue de dignantissimo illo incarnacionis Christi
mysterio: siue de futura vel saluacione: vel dãnacione
nostra: & quicquid prӕterea credendũ nobis necessa-
rio ꝓponit: eã inq; fidem crebro & attẽte: sęcũ ipe ru-

minãdo masticet: & recenseat: firmaq; ac inconcussa adhesione: in affectionẽ trahat. Tum vero dicemur in affectionẽ trahere: quando verbi gr̃a: ex tantarũ rerũ indubitata animaduersione: in summi illius boni ad-miracionẽ/laudemq; cõsurrexerim⁹: & cõtinere nos nequiuerimus: quin toto cordis ardore: nosipsos/& om̃ia nostra: tam munifico Domino Patriq;: gratissi-ma & amãtissima mente: accepta referamus. Proinde acerbissimã in nosmetipsos inuectionem/detestacio nẽq; conuersi fuerimus: qui tam absoluto beneficoq; bono: sępenumero peccando extiterimus inobedien-tes. Exquo porro timore vel pocius pauore vehemẽ-ti affecti: sęuerã eius iusticiã formidemus. Qui me-tus vbi ad penitenciã verã dęduxerit: firmissimã atq; efficacissimã materiã spei suppeditet: ad misericordiã amplissimã dei oculos conuertentibus. Sed quid hęc recẽseo: quũ omniũ affectionũ bonarꝫ iniciũ sit fides: viuax & firma: queadmodũ & e regione omnẽ illam a recto peruersitatẽ: omnẽ in bonis torporẽ desidiãq; languor ille fidei & labefactio: in nobis progenerat. Etem̃ si qs indubitato & affecto animo: Deũ ut iustis-simũ: omnia contuentẽ: in conspectu suo semp̱ proui deret: si fœlicitatem ęternã constitutam bonis: malis autẽ incendiũ perpetuũ: tanq; ea quæ oculis cernim⁹: ita certissimo affectu iugiter meditando cõspicaretur: quomodo nõ illico certatim: in obsequiũ tanti Dei se-se cõpararet? Quis nõ momentanea gaudia cõmuta ret eternis? Dolores ꝓpediem finiendos: pręferret p̱-petuis? Nemo siquidẽ adeousq; insanus est: ut vene-nũ certũ & agnitũ: sola specie coloris forsitan allectus diglutire velit. Aut certam sanitatis alioquin interi-ture/restauracionẽ: quia succus amariusculus sit: absu mere recuset. Sed quid? Legimus hęc sępe: audimus crebro: fatemur semp̱: nihilo tñ̃ obseruãciores sumus

mādatorum Dei: cuius ego nō tam aliā esse causam existimo: quam quod ijs quę fides nobis prefert: cruda forsitan intelligencia consentimus: affectionē aūt timoris/desiderij/ceterasve: nequaquam vehemēcius adhibemus: quam si vel ficta essent: vel nihil nostra referret. Eciam si cor nōnūquam tāgit: id tn̄ subito per momentaneorum & presenciū intercessionem: stolidis et insensatis nobis ęuanescit. Quāobrem sine controuersia asseuerare possumus: fidem viuā: id est: per intellectus captiuacionē: per meditacionē: per operis erupcionem crebro in nobis excitatā: vtilissimū salutis adipiscēdę mediū existere. Itaque et hanc regulam: velut eam a qua subsequentes dependeant: primā & altissima mente repositam esse velim.

Vt equanimiter suscipiamus: quicquid Deus nobiscum egerit.

Vbi fides vt diximus cor affœcerit: inter prima quę credēda sunt: apparebit oīa ab illo sūmo bono creata esse nō solū quæ olim facta: sed eciā quę quotidie fiūt. Itaque nihil quantū ad Deū pertinet: casu/fortunave agi: cū omnia creator intenderit. Nos ipsos denique cōditos: haud alium in finē: quam ut in placito eius adnitentes viuere: per grām suam mereamur participes esse beatitudinis ęternę. O quam iucunda: o quam salubris est huius rei affectuosa & crebra cōsideracio? Quę ad hoc proficit: quod tu a me tibi tradi desiderasti? scilicet ut integro animo: hoc est neque aduersis rebus fracto: neque secundis ęlato: ad portum pertingamus. Sileant hic omnes: et hortatorij et consolatorij loci: quos tibi notissimos fœcit crebra Rhetorum & Philosophorum tractacio. Nonne solum id vel maxime: ad equanimitatem sufficere debet: quod scimus oīa a Patre nostro creari et gubernari? Qui cum potentissimus sit: prudentissimus et clementissimus: oīa tam perfecte: tam sapienter: tam proficue

disponit et agit: ut nō possint aliter integrius/ordina-
cius/ac vtilius regi: et administrari. Itaq; si prosperita-
te nobis arridet: ea ex sapiencia eius: in bonum nostrū
parata est: nisi nos culpa nostra: nobisipsis desimus. Si
nos affligit aduersis: & illa quoq; ab amantissimo Pa-
tre in gloriam suam: & salutem nostram accomndata
sunt: si non peccatū nostrum fuerit impedimēto. Quare
obrem quū vtilitas nostra hęc sit: ut gloria dei cumu-
lacior fiat: quippe cum in hunc finē creati: ipsam eciā
beatitudinem nostram: in eam referre debeamus: quid
nobis obsecro blandimur: gloriabūdi de bonis et pro
speris a Deo receptis? Quandoquidē ne vane dicam
iniuste profecto immo et sacrilege delinquamus: alie-
ne dominicęq; porcionis impudentissimi vsurpato-
res. Quippe quū ea lege nobis bona quęq; liberalita
te mera largiatur Deus: ut quasi societatem nobiscū
contrahens: gloriam solam sibiipsi vsurarum loco vē
dicet: omnē autem vtlitatem: et lucrum ex opere p-
ueniens: nobis accrescere velit. Quid vero deinde
in aduersis tristiores sumus? qui credamus ea: siue per
homines: siue ab alia sorte in nos seuiant: illius tamē
quem dixi: Patris clementissimi manu in nos immitti
Plane si Patres bonos satagere videmus: ut filios ca-
ros: tum blandimentis: cum minis verberibusq; ipsis:
ad bene agendum inuitent: & impellant: idq; totum
dant vtilitati filiorum: q̄muis frequencius ignoranciū:
& obluctancium: num id non ageret optimus: & ve-
rus Pater noster qui est in celis: cui cura est de nobis?
qui quid nobis conducat: non estimacione nostra: sed
ęterna sua sapiencia metit: omnesq; saluos esse: p in-
scrutabilia nobis media disponit. Nec te moueat: q
nōnullos ęternis supplicijs dętrudat: quū id culpa il-
lorum non ordinacionis diuine promeruerit. Qui si
q̄ntū in se fuerat: conati fuissent: agere secundū id: q̄d

sup eos signatū est: lumen vultus Domini: nimirum a grā diuina nō derelicti: in agnicione eius: & amore accensi fuissent: sicq diligentibus illis Deū: proinde ut ceteris: omnia tam secunda q contraria: in bonū operata fuissent.

Vt & nos cooperemur Deo: proposito & intencione in eum semp firmatis.

Posteaq ergo totos nosipsos equanimes: dei ordinacioni pstiterimus: facile pacientes vtrūq figmētū suū: cuius vtilitatē sol⁹ ipe nouit: vel expolierit vl exasperauerit: sup est: ut nostrā quoq opam / quā p arbitrio nobis magnificentissime: & in excellentissimā domū tradito: a nobis exigit deus: p viribus adhibere curemus: ne cū Deus omnia in comodū nostrū cōposuerit: nos beneficijs eius abutentes: ipi nobis damnacionem asciscamus. Que est aūt opa nr̄a: quā Deo debemus: nisi ut Deum toto corde diligamus: et Proximos sicut nosmetipsos. In hoc em̄ lex pendet: & Prophete. Primum est igitur: affectantibus dies videre bonos: id est: foelicitatem eternam: posteaq fides ut dixi cor affoecerit: ad poenitenciā de peccatis: ut proponamus nobis auxilio diuino subnixis: idq firmo & non vacillante decreto statuamus: deinceps nihil unq in diuinarū legū iussa puaricari: & alacri cōstantissimoq animo: quecūq pctōꝝ occasiones ppinquas pbeant ea prsus respuere: ac quasi venenū praesentaneū declinare. Legem aūt diuinā eam voco: quae nobis ex reuelacione Spūs diuini: pmulgata est: eo scilicet sensu quē idem Spūs Ecclesie tradidit obseruandū. In hanc igitur legē: & eius praecoepta: omnē opacionē nostrā referam⁹. Adeo / ut nō solū opa legis faciam⁹: sed eciā ea idcirco: & ea intencione faciamus: quia in lege nobis Deus precoepit: & quia placere ea Deo credimus. Eam sane intencionem crebro suscitare: & reuocare:

ſsimope cōducit: ne ſiquid eciam boni egerimus: Dei minus memores: ſed vel natura proni: vl' virtutis cō= ſuetudine delectati: temporalē ſolūmodo: non eter= nā inde remuneracionē ſorciamur. In q̄ maximopere cauendū: ne velut formica ſuccreſcētem ſegetē: ſic in= anis gloria ſurrepens: pullulans iā eternæ vitæ meritū decerpat. Agamus ergo bona ut dixi: amore quem in deum gerimus compulſi: non nobis ſed ipſi gloriam inde querentes. Tum vero comperiemus nos gloriā noſtram nō querere: quando conſcij nobis ſum⁹: nos opus illud bonum: eciam ſi nullus hominū laudatur⁹ eſſet: quippe qui ignorarent illud a nobis factum: eo= dem tn̄ ſtudio: eodēq3 fauore pacturos fuiſſe. Hac cō= dicione ꝓpoſito firmato: intencioneq3 directa: tum ſa lubre etit opus q̄dlibet inchoare: q̄d nobis racio/fide ducta: faciendū eſſe pſuaſerit.

Vitam ordinandā eſſe cōſilio Sapientis: & quā neceſſario: & qualiter ſit orandū.

In operacionibus autē eligendis: cōducibile plurimū videtur: ut ꝓ condicione gracie: ſibi a Deo cōceſſe: qſ q3 ſibi viuendi modum: conſilio prudentis cuiuſpiam experti: & boni præponat & aſſumat: ordinemq3 ſibi operacionū cōſtituat: quē nō temere tranſgrediatur. In q̄ niſi fallor: cōgruere cuilibet poteſt: id q̄d Antho= niū heremitā Angelus edocuit: q alacritatē in ſeruicio diuīo: hac potiſſimū rōne cōſeruari poſſe inſinuauit: ſi viciſſitudine alterna: Oracioni operacio: & Oracio operacioni ſuccederet. Principiū itaq3 actionū: ſingu= lis diebus ſit Oracio: primiciaſq3 frugum noſtraꝝ: ſo= li Deo: ſecundū conſiliū Thome Abbatis offeramus. Non aūt eam Oracionē puto: quæ verbis cōficit: ſed que ſpū & totis viribus: fide ducente: timore vrgente animante ſpe: & caritate flagrante: in Deū eleuatur. Plane ingens nobis neceſſitas incumbit: ut attento &

sollicito: hoc est: dęuoto corde Deum nō Oremus so
lum: sed & obsecrem⁹. Quippe si in mentē nobis ve
nerint: immo in affectionē & sensum: pctā nr̄a nefan-
da: quibus irā ꝓmeruimus: eius/q cū iudicatur⁹ fue-
rit: nulla possit intercessione flecti. Incertosq; nos esse
meminerimus: an grām eius recupauerimus: quū ne-
mo sciat: odio ne an dilectione dignus existat. Si deni
q; ppendam⁹: in carcere nos tetro dęuinctos: int̄ assi-
duas demonis/carnis/et mūdi: ad ampliorem iram ꝓ
merendam illecebras/succūbentes / & delinquentes
expectare: momētis singulis lictores: iam nūc accurrē
tes: qui nos rapiant & iudicio sistant. Quia vero tan-
ta pericula: corde contrito et hūiliato (quod deus non
despiciet) ęuadere possumus: quis nisi prorsus amens
non se conetur humiliare: & in oracione ꝓstratus: tan
tas acerbissimas inferorum pœnas: tantas hostium/
quos dixi fallacissimas insidias ut adimantur depreca-
ri? Præsertim quum veritas ipsa fidem fœcerit: quic-
quid talium perseueranter Orauerimus: id nobis dan
dum fore. Quod si quis forsitan: tanto sit sensuū stu-
pore: ut imperfectiones proprias: atq; imminēcia pe-
ricula: affecto animo: meditari aut aduertere non pos
sit: is iam habet eo maiorem Orandi necessitatē: quo
discrimine maiori concluditur. Quippe qui eo infir-
mitatis dęuenerit: ut se iam infirmū ignorans: medici
nam salutarē refutet: tanta famę conficitur: ut pre stu-
pore: linguā qua panem petat: soluere nō possit: tan-
ta deniq; frenesi laborat: ut morbum sibi curari nolit:
propriaq; internicione delectetur. Ab his igit̄ ut eripia
tur anima fidelis: supplici suiipsius humiliacione: De
um Oret: simulq; petat graciam: qua opera sua dirigā
tur: & ad frugem tandem: illius optandę fœlicitatis:
pertingat.

Operacio qualiter sit agenda: & Oracio
rursum repetenda.

Huiuscemodi oracionū aromatibus imbutus: et redo
lēs animus: securior deinde ad constitutū opus diuer-
tet. Intēcione ut præmonui semp in Deū lata: proposi
toq; confirmato: nihil vnq̄ q̄d Deo displiceat: gracia
eius succurrente: committendi seu peccandi. In hac re
autē & hoc quoq; notandum est: opa nr̄a integra esse
debere: ut scilicet quicquid egerimus (modo ex cōsti-
tuto & ordīe pficiscat̄: ut prius diximus) id tali atten-
cione & consumacione circūstanciarū omniū pficia-
mus: ac si certo sciremus: vltimā hanc operacionē no
stram fore: & in qua per mortem corripiendi simus.
Quippe cū ea sit quā pro tempore illo a nobis deus
exigit: et qua nihil ei gracius facere posse videamur: si-
quidem ex intencione & instituto a sapiēte fideliť ac-
cepto propēdeat. Ex ista insup operū integritate: duo
nobis non mediocriter vtilia puenient. Vnum ut sine
trepida ad aliud festinacione: inceptum opus debite
ac perfecte absoluamus. Alterū ne quid in nos diabo-
lica moliri: & efficere possit tentacio: cum nos non si-
mulate: sed vere semp inueniat occupatos. Operacio
etenim: nisi attento fiat animo: parum ab ocio differt.
Itaq; cogitacionibus vanis irruentibus: & suggestio-
nibus inimici perinde locum prebet: ac ocium. Cęte-
rum vbi vel sacietas operacionis nos cœperit: vel pre-
finitum tempus exactum fuerit: rursus ad oracionē:
qualem premisimus / redeamus: nec ad Deum solum
ęmittamus preces: sed eciam Sanctorum (in quibus
vult honorari Deus) patrocinia toto affectu inuoce-
mus. Quos eciam vicissitudinibus variare: pium ac
salubre videretur: ut scilicet hodie Prophetas / Patriar
chas / Apostolos: cras Martires: postridie Cōfessores:
sępe Genitricem illam castissimā Dei: cum caterua tot

incontaminatarum Virginum : domi reuisamus. Et velut mendici ad diciorum ędes ea quibus carent: per multa lamenta deposcunt: sic nos peccatorum veniam: Dei graciam/gloriamque: quibus ipsi abunde fruuntur: ab eis tanque non repellendis impetratoribus: summo mentis ardore postulemus. Adde Angelicos choros. Adde Christum passum. Adde & inscrutabile illud mysterium trium personarũ: videlicet/ut septem tibi superant: magnificentissimorũ principum Regię: a quibus singulis: singulos hebdomadę dies alemosinas liberalissime suscipias. ¶Post Oracionẽ consequatur rursum Operacio: nobis constituta: ita/ut nihil a nobis fiat: non premissa deliberacione: & intencione. Ipsum certe sic cibum sumamus: non voluptate/non cõsuetudine ducti: sed ut nosipsos nõ occidendo: præcepto diuino obediamus. Somno quoque concedamus: solius diuinę voluntatis habita racione. Quin & ociũ ipm: seu vacacionem: quã racio fide illuminata interponendam esse iudicauerit: nõ a desidia: aut petulancia: aliave causa suscipiamus: sed quia Deo gratam esse credimus. Sicque nõ agemur ut equus & mulus: quibus nõ est intellectus: passim/prout sors affectusque noster tulerit: sed viriliter agentes: hoc quantulocunque quod restat tempore: Dominũ sustinebimus: sperãtes quod primũ ei placuerit: dissolui & esse cum Christo.

Plus laboris esse in seruicio Diaboli quam Dei: & quam excellens sit esse seruũ Dei.

Ardua tibi forte videntur quæ scripsi: & actu difficilia. Sunt fateor ardua: tantoque magis: quod instituto tali: obluctancia tria monstra: mundum dico/carnem/& Diabolũ: assidua cõcertacione dębellare cõpellimur. Sed hęc est vita nostra: huius agonis/huius certaminis gracia in hunc mundum venimus. An ignoras: miliciam esse vitam hominis super terram? Crede mihi

militare nos oportet: aut Deo aut Diabolo. Age/recusa militare Deo: pfecto nō ideo miliciē laborē subterfugies: duplabit tibi graue Martis opus: nō solū sine vtilitate & spe pmij: sed cū summo detrimento: & pnicie tua. Tum vero crudelissimi hostis nri: infoelicissimū subeundū erit iugū: cū ingratissimi mūdi: morosis vanitatibus: et insanijs falsis: inseruiendū erit: cū pferendus animus: ipse tortor/occultū: ut ait ille: flagellū quaciens. Siquidē quietē nusq̄ inuenire possit animus: nisi cū se Deo: qui eius saciacio solus est: coniunxerit: pœnaq̄ sit sibiipsi: dum in Deo nō est cōpositus: ut Augustinus tradit. Hoȝ ergo cōparacione laboȝ: quos nō Deo seruientes: perpeti cogunt: vel nihil est: vel parū admodū: q̄d iugū Christi: suaue & leue sup se tollens: sustinere compellitur. Esto sit graue pondus: durū onus: nequaq̄ tn̄ ut Aplus monet: condigne sunt passiōes huius tpis ad futurā glām. Quid metuis formidulose athleta: constanter certa: crastina forsitan die: a stadij labore ptinges: ad immarcessibilem palmā. Quod si eciā/pugna longiori tēpe pseueratura sit (si tn̄ longū aliquid in hominis ętate dici mereatur) noli tamen pauore terreri: nō erit tibi coaceruatim tolerandus: labor ille longioris tpis: ut metuenti tibi apparet: sed singuli dies: suis solūmodo occupacionibus singulis deducent: quibus affatim sufficiet. Adde/q̄d & parta cōsuetudo: & certa spes premij: supra q̄ dici potest optabil: & gr̄a Dei præueniēs & psequēs: nō solū non molestos: sed & iucundos reddent labores. Ipa postremo supexcellēs Dei dignitas: tanta est: ut bene & misericorditer secū actum esse: merito existimare debeat: quisquis in tantę maiestatis/tātiq̄ Regis famulatū admittit: qui alioquin pprijs meritis dignus erat: mūdi pfidi & crudelissimi Demonis mācipiū esse: adeousq̄ certe id magnum est Christi: quæ

mentí:ut eciã ſi premiũ nullũ ſperarẽt:hoc vnũ ĩ famí
liã Deí aſſumptã ſe eſſe:nullo labore vel maxímo pẽ-
ſarí poſſe exiſtímet.
Hęc ſunt Bohuſlaę:quæ tíbí ſcríbenda eſſe credídí:ín
epte ſane ac ſuccíncte emíſſa. Sed neqȝ feſtínacío mea
paſſa eſt apcíus collígí:neqȝ pluríbus opus eſſe verbís
víſum fuít. Q m̃ ſí hęc te affícíẽt:ad vberíora Sãctoꝝ
víroꝝ ſcrípta:ſítíbundũ te trãſmíſſura ſũ t:qb⁹nõ ínſtí
tuí modo:ſed ecíã ĩ vía deí pfící díſcas:ad q̃ ut te poſt
longã:ſęcularíũ ſtudíoꝝ ptractacíonẽ conferre velís:
& reí dígnítas expoſcít:& anímę tuę ſalus tandẽ exíge
re vídetur.

Deſcríbít valítudínẽ Patrís & Sororís.

Petrus Schottus Exímío Arcíũ atqȝ Medícínę Docto
rí:Mgr̃o Iohanní Vuídman:tãqȝ fratrí plurímũ obſer
uãdo.S.P.D.Soſpítatẽ tuã pclaríſſíme Doctor:Con
íugíſqȝ tuę caſtíſſímę matronę vbertatẽ ſaluberrímã:
íucũdíſſímo anímo íntellexím⁹.Nos quoqȝ oẽs díuĩo
munere ſanos eẽ:facíle fateremur:ſí nõ eſſet & Patrís
meí & Sororís morbus.Ille ſíquídem ab eo tpe/q̊ prí
mũ harenã ppeſſus eſt:nũqȝ ceſſauít:copíoſís flegma
tíbus & harenís ecíã:ín vrína apparentíbus/fluere:&
qȝuís nõ ſemp tantope crucíetur(nam q̃ntum aduertí
mus:nõ níſí poſt admíſſum frígus:tormẽta ílla ſupue
níũt) tñ et copía materíę nos terret:& pcípue/qȝ plerũ
qȝ vrína tota quaſí ſanguĩe míxta:rubea & ferrugínea
ſpíſſa eſt.Idqȝ potíſſímũ poſt exagítacíonẽ corpalem:
utpote poſt equítacíonẽ:aut alíũ laborem vehemen-
cíorem:et hoc quadrageſímalí tẽpe euenire vídímus.
Soror vero mea Zeíſolffí de Adelçheím:íam íteꝝ ím
maturũ fœtum:íntra qndecím díes eiecít:cõſueto íllo
atqȝ horríbílí ímpedímẽto mõſtrí adíacẽtís:deuorãtíſ
qȝ conceptũ/adacta.Ea ſe tíbí rẽ príus aperuíſſe aít:&
poſt concepcíonẽ ſe círcít.xííȷ.hebdomadã:dolorem

lateris sinistri perpeti: deinde illic quasi gargarisacio-nem audire: postea solere abortū sequi. Hęc tibi ut singulari fautori familię nr̄ę aperui: si forte cōsilio & cura tua: remediū aliq̄d ad nos Deus dęferret Vxoti tuę mater imaginē virginis pregnātis mittit: ut eius intemeratę Puellę tutela: ab om̄i p̄iculo liberet. Eam nomine nr̄o saluere iubebis: liberosq̄ꝫ tuos oēs. Prepropere. Ex Argentina. viij. ydus Marcij. Anno domini M. cccc. lxxxviij.

Corporis sui egri habitudinem: & Medicine sumptę: explicat.

Petrus Schottus Famosissimo Arcium & Medicinæ Doctori: Mgr̄o Iohāni Vuidman: Ordinario in Tubingen: maiori tanq̄ꝫ fratri carissimo: Salutem D. P. Dedi ad te lr̄as Doctor optime decimūterciū ante diē inconcinnas prorsum & verbosas: dosa capitis: & instantis vel pocius seuientis morbi acrimonia turbatus. Sed qm̄ clemētissimus Pater / benigne mecū agit: adeo ut post nouū paroxismum: q̄ me frigoribus plus solito torsit: & calore parum: duos postea dies quib⁹ mihi metuebāt: adeo leuiter me molestauerit: ut cessātibus om̄ibus horripilacionibus: solā interiorē debilitatem & caliditatem cognouerim: et id presertim vltimo breui temp̄e et leniter. Id tibi nō significare nō potui: nam qui ip̄e auxiliante Domino: sperem me propediem viribus restitutum iri: tuū quoq̄ꝫ consiliū desidero: quid tum mihi sit agendū: nec dum em̄ ad nos reuersus est affinis ille tuus. Sane nō dūtaxat dietam obseruaui: sed & tres syrupos tribus dieb⁹ quietis bibi: quos mihi ordinauit Magister Leonhardus: quoꝝ quilibet beneficiū ventris: ter aut quater ꝓuocauit: licet magis ęduxerint materiam subtilem et colericam: q̄ꝫ flegmaticam: vnde eciam ignoro: si satis sim purgatus. Syrupus autem hic est. ℞. syrupi acetosi cum

radicibus mese i z ij aque ysopi/aque endiuie/ an̄ i z i mistị & f. haustus. Aqua mea adhuc ē rubea: & caput reumaticū & obtusum. Sed glorifico Deū qui nō acri us me flagellauit. Pat̄ materq̨ mei se tibi et vxori tuę maximopere commendant. Aiunt cōsiliarios generosi Comitis tui/Argentinā venturos post pascha. Eis si tu socius itineris ad nos visendos diuerteres/gratissi- mū nobis omnibus esset. Vale: & Dominā honestissi mā cōiugem tuam ita cura & refoue/ut puerperiū sa- lubre agat. Quod ut Dominus largiri velit vehemē- ter oro. Vale iterum. Ex Argentina secunda post Le- tare. Anno domini. M.cccc.lxxxvij.

Obsignaueram iam lr̄as tradendas cuidam Migistro profecturo in Tibingen/vix horam postea: redit ecce affinis tuus: vna cū lr̄is tuis: bn̄uolenciā curam & so- licitudinē ꝓ me tuam apertissime p̄seferentibus. Pro quibus cum tibi quibus verbis graciam agam non re perio: obtestor & oro omnipotentē Deū ut ipe sit re- munerator. Nos quoq̨ Parentes mei & ego conabi- mur esse non ingrati. Verum quoniā gracia Dei: iam me febris non ita molestat: & res se habet ut in litteris scripsi: supsedebo ꝓ nūc in his quę tam fideliter q̄ꝫ do cte scripsisti: presertim cum instet incensio lune. Inte- rea si Deus preseruauerit a recidiua: post octo vel plu- res dies sumam pillulas aliquas aggregatiuas. Ita eas Magister Leonhardus suadet sumendas: ꝓ eductiōe restantis flegmatis: iudicat siquidem materiā colericā fere cōsumptā: partim p syrupos/partim p vrinā quā copiosam semp emisi: p̄sertim in caloribus. Si autem Deo aliter visum fuerit: ita ut morbus redeat: singula ri cōsolaciōe fuerint scripta tua. Et qm̄ is Mgr̄ Caspar ut arbitror noīe: ad nos se cito rediturū dixit oro scri- bas. Parētes mei se tibi & coniugi offerūt in quibuscū q̨ obsequi possunt.

Idololatra nō idolatra scribendū esse.

Petrus Schottus Ornatissimo sacraꝝ: policioruꝙ lraꝝ rum ꝓfessori: Magistro Iacobo Vuimpfelingo: Eccle siꝫ Spireñ. prebendario: maiori plurimum obseruādo S. D. Arbitrabar ego tibi forsitan duriusculū videri: ꝙd idololatrarū scripsissem: contra assertā iam omniū consuetudinē: queꝫ idolatraꝝ pocius audisset. Atqui notaui tandem: nequaꝙ rōnem verbi: sed errorē meū ancipitē te reddidisse: qui vbi a scribendū erat o calamo mihi imponente: depinxerim. Quāꝙ eciā (quod postea aduerti) plus ostentacionis inuidiose cōparare videatur: tam noua vetustissimoꝝ verboꝝ reuocacio ꝙ fauoris. Quobrem: quū idolatrarū quasi græcæ discipline contrariū verbū respuā: neꝙ idololatraꝝ: ꝙd auribus absurdū sit: vsurpem. In hoc tñ ut in reliquis: tuū sit iudiciū. Causam matroneꝫ quā mihi cōmendatam fœcisti: egi apud Patrem: obtinuiꝙ cōuocatis partibus: nec semel solū: ipa scilicet nōnūꝙ ꝓpt amicoꝝ suoꝝ absenciā rem differente: randem trāsigi: & prorsus sopiri. Idꝙ Pater meus (ne dicam iusticieꝫ) tuis lrīs & ꝑcibus libētissime tribuit. Ceterū Theobaldum de Mulnheym: ꝗ has ad te lrās ꝑferet: obsecro ad bonas lrās reuoca. Acerbum mihi est: laborem tot annoꝝ ꝗ satis ꝓspere cessisse videtur: in medio cursu perire: in homine præsertim nobili: & Argentinensi. Vale. Ex gentina quīto ydus Marcias. Anno domini. M. cccc. lxxxviij.

Mentem Capituli Argentineñ. Statumꝙ domus & familieꝫ describit.

Petrus Schottus Eximio atꝙ eloquētissimo: diuinarum lraꝝ interpti: Doctori Iohanni Geiler de keisersberg: Prædicatori ecclesieꝫ Argētineñ. maiori suo vnice obseruato. S. D. P. Peticioni tueꝫ vel pocius Reuerendissimi D. Augusteñ. paruit Caplm Argentinēse:

Et quãq; ꝑ sese tibi videat̃ beñeuolentissimũ: tamẽ &
Magister Iohãnes Symler & ego: id ut facerent: p̃cati
sumus. Facile quidẽ auditi: rogati tamen: ut te orare⸗
mus: ne tibi aliam dilacionem tercio peteres: quando
quidem populus suus: immo tuus: te vehementer ex
pectet. Id igitur ut facias: ut iussus sum: te orarẽ obse⸗
crarẽq;: nisi e lr̃is tuis intelligerẽ: te ita statuisse. Gratu
lor tibi & populo Augustẽsi. Illi/ q̄d doctrinã sanam
tam auide sorbet. Tibi vero / q̄d non sine tuo merito
fructus ei per te excrescit. Miseros nos: qui cum terra
sine aqua simus: nõ tamen sitimus: dormitamus fa⸗
teor: ac cõsopiti stertimus in vicijs. Sed quis nos que⸗
so excitabit: nisi per te Doctorẽ nostrũ Dominus: In
sexterniõibus tibi missis: errare me Deus forsitan vo⸗
luit: si q̃/ reditũ tuũ expediciorẽ fœci. Illi eñ quos misi
his q̃s retinui: lõge paucipres sunt. Excusatũ tamẽ ut
spero me habebis: vbi rem coram intuitus fueris. Su⸗
per domo tua ac suppellectili: nõ est quod cures. Om
nia diligenter adseruantur a dño Cristiano: & famulo
tuo. Iussit autẽ dominus Cristianus: significarẽ tibi: se
& famulũ impẽsis suis ali: p̃terq; pane: qui tibi adhuc
omnis e pistrino datur: misisse autem se aureos qua⸗
tuor: quos a fabrica recœpit Matri tuę: quæ bñ habet:
cui eciã postridie aduentũ tuũ ut petis: est significatu⸗
rus. Preterea nisi tibi molestũ esset: vellet a te ꝑ nũciũ
ꝓximũ cercior fieri: ecquid/ ancillã tibi conduci velis.
Sũt etem̃ nõnullę p̃ manib⁹: tibi ut cõijcit non ineptę
Videor videre corrugatã frõtẽ tuã: vbi ancillã legisti.
Sed age: mentẽ tuã declara. Suasi Mg̃ro Io. Rot: ut ti⸗
bi succedat: qui licet nõ videat: quã vtilitatem afferre
possit: tñ motus suasione tua: quã te scribis totis viri⸗
bus facere: si quid sit: in q̃ eius opa dñs Augusteñ. ad
tẽpus egeat: dicit obtemꝑaturũ sese. Paratũq; ut eo eq̃
quo tu ad nos veheris: ipse dominũ Augustẽsem pe⸗

tat. Neq enim est: ut ipe prior abeat: q tu reuertaris. Quis em interea vices tuas hic ageret: Id quod dominus de Hennenberg ne desideres rogat: ne scilicet ipe ante aduentu tuu pficiscatur. Salutant te oes: qui me scripturu intellexerunt. In primis Parentes mei. Mgr Io. Rot: & dominus Cristianus. Vale. Et Deum p nobis ora: valde em egemus. Datum Ex Argentina: ipa die presentacionis bte Marie virginis. Anno domini M.cccc.lxxxviij.

Agit gracias. Andreæ cuiusdam Phisici mencionem facit.

Petrus Schottus Insigni bonaR Arcium ac Medicine Doctori Iohanni Vuidman: maiori plurimu obseruando. S.P.D. Perspectam iam: ac plane nobis cognitam fidem atq dilectione: in nos tua prestatissime Doctor: consumata prsus integritate exercuisti: qui cum periculu Genitoris mei intelligeres: p tabellariu nos cerciores faceres: & simul curam seu medelam insinuares. Gram habemus. Gras agimus. Referemus quoq dum ad nos quemadmodu scribis: diuerteris. Plane de codicione Patris: scribet tibi Andreas Phisicus: Doctor omniu iudicio no indoctus. Eius cosiliu ecia requisiueramus: priusq lras tuas recipemus: q sane de causa & natura morbi: idem ferme sentire visus fuit: qd tu postea scripsisti. Itaq gauisus iudicio tuo: confirmaciori animo iam: ut tibi forte scribet: cura suscipiet. Attamen pro maxima qua in te fidem constituim⁹: certos nos facies: vbi comodu fuerit: qd tibi de Phisico illo in ea re videat. Simulq de Sororis accidenti: vbi vacauerit scribes. Te/vxorem/& liberos tuos saluos esse cupiunt: Pr/Mater/Soror &c. q tibi se deuinctissimos ex deuinctis effectos esse pfitent. Lras his iuctas: nisi pigeat: in couentum MinoR apud vos presenta: Vlmam mitteda. Tabellario Pr duodecim

plappardos numerauit. Vale. Ex Argētina nono kl. Aprilis. Anno. M.cccc.lxxxviij.

Valitudinē Patris describit:

Petrus Schottus Prestātissimo Arcium ac Medicinę Doctori: Mgro Ioanni Vuidman: Ordinario in Medicinis in Thubingen: maiori pſm colendo. S. D. P.

Lr̄as tuas iterꝝ recœpimꝰ: plenas beniuolēcię/ & perspecti iampridē amoris in nos tui. Si verbis tibi satisfieri posse arbitrarer: dignū ducerē: vl' ipam Egiptum papiris Niloticis expoliare: qbus grās tibi agēdas perscriberemꝰ. Sed ne qd p̄ter rem scribā: tibi/ q omnia et serio & vtilitate: verba tua ponderas. Id habeto. Oīm opinione: sanguinem verū cū vrina a Pr̄e creberrime pfluere. Idq potissime: post exagitacionē: aut longiorē/ qꝫuis leuē deambulacionē. Hoc em̄ vel ex hoc notauimus: vrinā in cacabo p duos tresue dies retentam in duplicē substāciā separi: notauimꝰ aqsitatē sursum natare: sanguinolenciā fundo tenaciꝰ & viscosius adherere: nō secus qꝫ cū minuciōes venaꝝ: in manibꝰ fieri cōtingit. Attn̄ gr̄a diuīa: adhuc inambulat negocijs & curis ut solitus est intēdit: qꝫuis demacracionē corporis in eo anīaduertamꝰ: & catarrū: siccitatēq versus noctē p̄cipue: sitim vehementē inducentē. Cōtra hęc accidencia: purgatus est diebus pximis: p Magistrum Andreā leniter: & sine molestia: & ut videtur vtiliter satis. Attamē quia te in vacacionibus: ad nos diuersurū scripsisti: eas vacaciōes: qꝫ pperantissime accelerare cuperemꝰ: ut & occulta fide: veritatē rei pcipe posses. Tūc etem̄ plura qꝫ scribere possim cognosceres. Vxoris tuę matronę honestissimę puerperio gratulamur: cui donatiuū hoc Aurei mittimus: nō in cōpensacionem opę tuę: sed in beniuolencię monumentū. Vale amātissime Doctor. Ex Argentina pridie kal. Maij. Anno. M. cccc. lxxxviij.

Gracias agit. Balneiq́ sui statum narrat.

Petrus Schottus Viro integerrimo Adelpho Rusco: Ciui Argentinensi politissimo: fratri plurimū amato: S.D.P. Terrerer equidem lr̄is tuis Adelphe: atq́ eas velut ominis cuiuspiam aduersarioris execrarer: nisi te plane: atq́ (ut aiunt) intus & in cute nouissem: indubitatūq́ esset apud me: non te alia quauis affectiōe: ad tam atrocia cōuicia balnearꝫ parcitum esse: q̄ immensi amoris atq́ desiderij mei. Itaq́ nō solum ob donū illud & voluptati thermarum: ob Epicureas tradicōes aptissimū: & vtriq́ nostrū: ꝓpter carminis antiquitatem: summope idoneū: gracias tibi agere debebo: sed eciam quod oīa: quæ erga me agis: ex sūmo & ꝑspectissimo amore ꝓficiscantur. Ceterum aperiri tibi forsitan velles: qua valitudine: feruorem aquarum tolerarem. Id breuibus habeto. De futuris incertū mihi esse hactenꝰ vero nil me ꝑpessum: q̄d nō sperauerim. Rubere cutē: humorēq́ quē minus accomodū mihi credam stillare. Ocio præterea ac somno: fessos hactenꝰ sensus restaurari. Eo sane fit: ut & humor cōcretos digitos: tam incompte scribere cogat: & ociū a labore: ad voluptatem facile quenq́ declinans: inepciorē ad respondendū me tibi efficiat. Verū q̄d in calce Epistole annectis: de licenciato quopiā adducēdo: ut illi loquamur. Neq́ licēciatū scio: nisi doctorem Ioannem Muller significes: neq́ quid cum eo agendum putes. Quare clarius super eo: cercior a te reddi velim. Vale. Ex Baden ad tercium Nonas Maij. Anno domini M.cccc.lxxxviij.

De Captiuitate Maximiliani Regis Ro. apud Brugenses.

Petrus Schottꝰ Eximio ac venerabili Canonū Doctori: Mgr̄o Vito Mæler de Mēmingen: tāq́ fratri carissimo. S.D.P. Ne tam antiqua atq́ cōfirmata inter nos

amicicia: quãtis negligenti desidia labefactari posse: in suspicionẽ cadat: volui ad te: Doctor insignis / quũ nihil scriberem: aliquid scribere. Equidem quod iucũdas tibi fore: credebã litteras meas: vel hoc solo aliqd me scripturum sperabam. Quod vero neq; causam forensem: neq; Beneficij vacantis anhelã venacionem ad te fero: qb⁹ te solis studere dicunt: idcirco ne velut nihil scribens exploderer: verendum mihi iudicarem: si non amicicia tot annis corroborata: gratum tibi faceret vtcũq; nihil: modo a me profectum. Cęterum si de bello ab Imperatore contra Flandrenses suscepto: audire dęsideras: nequaq; dubito: plura istic: fama crebriore ꝑferri: quã hic nobiscum. Id tamen te certo scire velim: die Sabbati: post festum Ascensionis in nocte: Brugensium Prælatos Magistratusq; supplices: a Rege adhuc capto: veniam tanti facinoris orasse: & impetrasse. Itaq; suscepta caucione iuratoria: sigillis Regis & Dominorũ de Rauenstein: & de Beuri roborata: postridie / hoc est: die Dominica ęductum e captiuitate Regẽ in castra: quibus vallata iam vrbs erat: redditumq; ducibus Vuolffgãgo: & Cristophero de Monaco: Marchiõibus Cristofero: & Alberto de Baden: qui castris præerant. Id deinde nuncium: celerrimo cursu: ad Imperatorem: qui in Aquisgrano cum magno exercitu remorabatur: ad mediam noctem dęuenisse. Qui mane die Lune: cõuocatis omĩb⁹ Principibus: & Capitibus ciuitatũ: tantũ gaudiũ publicauerit: nec defuisse illic vllũ erga immortalẽ Deũ: grati atq; exultantis animi officiũ. Agi nunc per Imꝑatorẽ: erga exercitũ suum: de puniendis Brugẽsibus. Quippe qui iniquũ putet: tam immane scelus: sine punicionis exemplo cõtemni. Præsertim / quũ & si iuratus sit Rex: Ipse cũ reliqs liber existat. Quid acturi sint: euẽtus ꝓbabit. Deus det pacem Christiano populo. Vale

Me ut soles ama. Ex Argentina pridie kl. Iunij. Anno domini. M.cccc.lxxxviij.

Doctor Iohãnes Muller: qui ex Ferraria ad te scripsisse se dixit: voluit ut quū ad te scriberē: te saluere verbis suis iuberē. In Baden ut consueuit agit.

Munusculum mittit: balneiq3 regimen suadet.

Petrus Schottus Excellentissimo diuinorū eloquiorum interpreti: professori: concionatoriq3 Iohanni de keisersberg: Predicatori ecclesię Argētineñ. Patri suo plurimū obseruādo. S.D.P. Ne sine donario viderer balneantē alloqui: volui vel hoc eruorū calato vectorem onerare. Noueram em̄ te ꝑciosa: & quæ coquinam farciūt: ꝓ condicione tua nō desiderare. Hęc forte raritas: acceptiora reddet. Cęterū q̄d ad te ꝑtinet: fac balneis satisfacias: ne q̄d in prouerbio est: quod secundo fœceris: tercio cogaris iterare. Satisfacies āt nō modo tempore: sed et iucūditate animi. Quis em̄ monitore nō egeas: tū huiusmodi excoriacio: bilem mouet: & fortitudinē solicitat. Pręterea ne te nimis exhaurias caue: quū periculo nō minori corpus afficiat exinanicio q̄3 humorꝝ exaggeracio: in q̄ mihi a te parci velim: immēsitas em̄ amoris in te mei facit: ut & prudentē docere velim. Parētes mei & nr̄i om̄es valent: & te saluere iubent. Mitto eciam ad te libellos duos: quorꝝ alterū dño Hieronymo Doctori Medico: alterū Pr̄i Iacobo Minori donari: meo noīe velim. Nam cū eos a me sibi parari petiuerīt: ego gratitudinis iure: donatos esse volui. Vale: & Nycholaū saluta: hospites quoq3: precipue Magistrū meū dominū Doctorem Iohannem Muller: si ex balneis redierit. Dñm Anthoniū Licenciatū doctissimū: & Mgr̄m Georium: sodales tuos. Iterꝝ vale. Ex Argentina. xiij. kl. Iulij. Anno domini. M.cccc.lxxxviij.

Cōmendaticię ꝑ Io. Gœçone Augustensi: ut studiū cœptū Heydelbergę: cōtinuare possit.

Petrus Schottus Elegāti atq; tersissimo: bonarum ac sacrarū litterarū sectatori: fratri suo Magistro Iacobo Vuimpfelingo in Spira S.P.D. Si cōmendato/possit cōmendacio supaddi: hunc virū non modo ꝓbitate: sed eciā ꝓbatissimorū studioꝝ ęlegancia præditum: cōmendare tibi non verebor. Tametsi eñ tibi adeo/usq; merita ipsius nota sint: ut tu primus omnium fueris: ex quo ea intelligerem: tamē quod sperat aliquid adiungi posse: beneuolencię in se tuę: si ego ad te scriberem: nolui deesse homini mihi plm caro: teq; maiorem in modum orare: ut proposito suo faueas. Et q̊d te libentissime facturum esse scio: ut institutis diuinis inuigilare: & ex re sua in sacris litteris insudare possit: eum monitis consilijsq; iuues: simul ad eos q̄s tibi doctrina virtusq; tua: in Heydelbergensi gymnasio conciliauit: cōmēdaticias litteras ei tribuas: quales a te ipse rogabit. Vale. Datū ex Argentina Nonis Iulij. Anno. M.cccc.lxxxviij.

De liberacione Maximiliani: & quid Cesar contra Brugenses moliatur.

Petrus Schott⁹ Præstantissimo atq; solertissimo Iuris pontificij Doctori: Mgr̄o Vito Mæler de Mēmingen fratri suo carissimo. S.P.D. Tu mihi vir p̄stātissime: sediciones illas subdolas ꝑfidasq;: quas ea gens in delicijs habet: in Hieronymū immolę: ac alterū Fauenciæ Dominos grassatas: scriptis tuis aperuisti: ego tibi cōtra: virtutē nr̄oꝝ: qui regem suū: cuius tibi captiuitatem iampridem scripseram: ex insidijs & carcere liberarūt: paucissimis significabo. Plane quo pacto a Brugensibus ęmissus sit: te ignorare non credo: neq; te latere arbitror: Cęsaream M. ac reliquos Principes: minime contētos ea liberacione: insup ad ęmendacionē

punicioneq̄ʒ malefactoꝝ animū intendisse. Id quū nō nullis Principibus ac eis qui a Ciuitatibꝰ missi fuerāt: minus consultum videret: cum q̄d ꝓ sola regis libera cione: se a suis missos esse causarent: tum q̄d habita ra ciōe exercitꝰ Cesariani: qui. xiiij. miliū viroꝝ numerū non excederet: ac Patrię opibus: ac aquis minutissime ac difficillimi cōmeatus. Res tandem ad id deuenit: ut (post duos tresue conflictus: in quoꝝ primo: duo mi lia hostiū occisa: septingenti capti fuerūt: in altero q̄d temere a Principibus sine Ciuitatum cōsciencia susce ptum fuerat. lxxx. ex nostris: inter q̄s Albertus Mar chio Badensis: necati sunt) ad octauum Idꝰ Augustas: his quibus inutiles impensę reditum suadebant: facul tas abeundi cōcessa est. Itaq̄ʒ iam om̄es ferme in reditu sunt: quinq̄ʒ tamen milia: ꝓ præsidijs cōtra noua: quę in Patria suscitari possent: relicta ferūtur. Hęc sūt: quę mihi sup his constant. Magister meus dominꝰ Doctor Io. Muller: Decanatum & Canonicatū in ecclesia Ba densi possidet: sanus. Vale: & me ut facis ama: quo niam te a me maximope amari: nō ignoras. Iterū vale Ex Argentina ad. xv. kal. Septembris. Anno domini M. cccc. lxxxviij.

Cōmendat Amicum: ut exemplaria quedam ex Bibliotheca Spireñ. impetrare possit.

Petrus Schottus Tersissimo scienciarum ꝓfessori: Ma gistro Iacobo Vuimpfelingo Sletstatñ. fratri suo præ cipuo. S. D. P. Rogabit te operā tuā Adelphus ruscus vir & lr̄atus & lr̄atoꝝ amicissimus. In quo si presto ei fueris: nō solum eius in te amori acceptissime respon debis: verū eciam mihi: qui iam ex facilitate tua: ius in te vendicasse videor: iucundissimū gratissimūq̄ʒ pre stabis officiū. Cęterum ne terrore afficiaris: quū velu ti grandius aliquid exacturus: amiciciam tuā tantope obtester: res est quā petet: neq̄ʒ labore tibi grauis: neq̄ʒ

impetracione ut speram⁹: difficilis. Etem̄ id solū orabit: tuo studio apud eos q̄rꝫ int̄est effici: ut comodato accipiat: partes quasdā Dictionarij: quas apud vos repositas esse nouit: qua fide: quave gratitudine reddendas: tu q̄ virū nosti: facile conijcere potes. Itaq̄ pluribus apud te: ꝓ eo nō vtar. Finemq̄ faciā: si te cōmonefecero: folium id q̄ in sermonibus Bern̄. subsignatum his lr̄is E e ij: me nōdum ut pecieram: recepisse. Vale Datę Argentina ad. viij. Idus Septembris. Anno domini. M.cccc.lxxxviij.

Rogat ne Predicatorē Argen̄. apud se detineat: & cōmendat munusculū Matris: Nucem in q̄ insignia passionis Dominicę subtilissime incisa fuere.

Petrus Schottus Reuerendissimo in Christo Patri ac Domino: dn̄o Friderico Episcopo Augustensi: submissam obedienciam ac fœlicitatem dicit. Nihil erat Præsul optime: q̄d apud te lr̄is nunc agere decernerē: præter hoc vnū scilicet: ne nobis Doctorē a Deo datū diucius subtrahere: conareris. Cętera nāq̄: quę de Regionū: hominūve nostroꝝ scribi possent: ip̄e corā explanabit. Sed visum est mihi: ne illud quidem multis agi oportere: quando vel ipsa Reuerendissima P. T. ꝓ summa in Argentin̄. Ecclesiā bn̄uolencia: calamitosam nimirū iacturā nostrā: nequaq̄ ferret: ne inferret dicā: ut q̄bus p̄reptus sit Decanus optim⁹: ijsdem (q̄d vnicū & necessariū ornamētū restat) Prędicator talis abstraheret. Verū Reuerēdissime Pr̄: iussit Mater ut veniā impudēciæ a tua paternitate postulē: quæ tā exili munere nucis: tantū Antistitē donet. Etem̄ cum grandiora nūcius ferre dętrectaret: visum est non incongrue: in Sueuiā nuces mitti: quaꝝ istic appetētissimi esse: dicimini. Vnicā tn̄ tibi (q̄ ꝓdesse canit) missā petit a te gustari. Sic em̄ demū: suauitatē salubritatēq̄

eius: poteris agnoscere: inuenies q; ex freq̄nti ei⁹ masti cacione omnē animi curam: ac morbū sanari & pelli. Postremo hūile tibi obsequiū Parētes ambo: cum sui cōmēdacōe dicūt. Vale in Christo fœlicissime Presul. Ex Argen̄. xiij. kl. Octobris. Anno domini. M. cccc. lxxxviij.

Capitulum & populum Argentinen̄. reditū suum desiderare.

Petrus Schottus Preclarissimo ac maximi noīs Predicatori: Doctori q; lrarꝝ sacrarꝝ: Mgr̄o Iohanni keiserſberg: maiori suo plurimū obseruando. S. D. P. Q̄uis lrę & domini Augustēsis eccl̄e Præsulis; & tuę quib⁹ auiditatem istius populi scribis: me adeousq; mouerint: ut qui hacten⁹ absenciam tuā egerrime tulissem: incipere iam eius suasor: defensor q; fieri: & cōtra omnes fere/ qui tibi fauent contendere: non ab re fore: si çelo tanti Antistitis condescendatur: tn̄ nō fuit ingratum intelligere: animū affectū q; Capitulariū Argen̄. Ecclesię: præsertim dn̄i Heinrici de Hennenberg: qui vigilāciores q̄ arbitrabar erga populū suū: nō mediocrem allegabāt notā sese: in estimaciōe oīm incursuros: si populo sibi cōmisso: Pastorē adimētes: eū alienis gregib⁹ præponerēt. Præsertim cū hic su⁹: interea luporꝝ morsibus (ut aiebant) expositus esset: videri se paruifacere tantū Doctorem: id q; ꝓculdubio tibi ipsi displiciturū: si tam facile tantum tempus: tam q; vtile ac necessariū: te abesse paterent: quē si non haberent: ad extremum vs q; orbis perquirere: deberent. Subuereri se deni q; calliditatem Augustensium: qui tam diuturna familiaritate: seu copia tui (cum qua autoritas tua crescere solet: quā q; tu contrariū putare videaris) delectati ac moti: viam aliquā machinarentur: qua te a se; quos tam negligentes experirentur: abstraherent. Hęc cum tanta constancia afferrent; non inueni

qua fronte eis obniteret. Quare fac: boni consulas: te
tam auide a tuis desiderari. Quis scit si frigiditatē illā
nostroꝝ: qui tibi doctrinā sanam nauseantes: vomere
videntur: calefaciat Deus: & si p absenciā tui calor re-
uerti speretur. Iamiam tempus hoc satis esse iudicādū
sit. Sed de his hactenus. Famulus te expectabit Quo
ad sentenciā nostrā: sup erectione Officij predicacio-
nis: mitto tibi scedulam: manu Mgr̄i Ioannis Simler
conscriptam: quę ea cōtinet: q̄ interea in mentē ei ve
nerūt. Cęterū/quæ antea visa fuerunt: circa potestatē
Dn̄is tradendi/dispensandi &c̄. eciam adijcient. Ve-
rum quia breui speramus reditum tuū: nihil innoua-
bimus: antequā sis presens: licet pecunie iam paratę: par
tim Romā sint misse: partim apud me sint depositę:
adeo ut de dilaciōe rei: metuendū nō existat. Omeliā
B. Bernardi de qua scribis: nō habet Magister Io. Rot:
idcirco orat excribi eam cures. Cerciorē quoq; ut pe-
tis: faciam Matrem tuā: & dominū Cristianū: q̄ et ipē
nūc vindemię gr̄a non adest: sup sn̄ia Dominorū de
Capitulo: grata eis ut spero & accepta. Quod ad sex-
terniones ptinet tibi mittendos: e cōsilio Magistri Io.
Simler et Mgr̄i Io. Rot visum fuit: nō grauare nūciū:
& reditū tuū omnibus/quos tibi mitti postulasti: pre
sertim cum: ut ex lr̄is cōiecimus: p̄sumpserimꝰ mentē
tuā esse: ut hij tibi mitterent: si illic ad voluntatē Dn̄i
Augustensis diucius pmansurus esses. Aliquos tamē
mitto: quos ut e scedula/qua lr̄as tuas clausisti nota-
re potui: p̄cipue desiderasti Et cartulā: quā subscripsit
famatus ille theologus Gabriel Biel Vracensis: de cu
ius præsencia tibi nuper scripsi: si saltem lr̄as receperis
Salutant te Parentes mei: & Mgr̄ Iohannes Rot: om-
nesq; tui maximo te desiderio præsentē esse cupiētes.
Rogat lr̄is suis dn̄s Doctor Iohannes kauffman Iuris
peritus: ut se tibi cōmendem. Id igitur ut diligētissime

factū existimes: te iterū atq̄ iterū oro. Vale. Et nos q̄ domū tuam respiciunt: interea diligentissime acturos ne verearis. Ora ꝑ nobis Deū: & sanctas Martires: atq̄ Vdalricū. Vale. Ex Argentina. xiij. kl. Nouēbris. Anno domini. M. cccc. lxxxviij.

Petrus Schottus Ad Doctorem Iohannē keisersberg deliberantē dimittere Officium ꝑdicacionis Argentinense: & Basiliense assumptū ire: q̄d ei potētissimis locis dissuadet.

Audiui præstantissime Doctor: te iterum ea perturbacione solicitari: quam sepenumero antea certantem cōpescuisti: & iam proximis diebus te prorsus repressisse: ac a te ꝓrsus eliminasse: letabundo corde et vultu ad nos afferebas. Ego vero quāq̄ is non sum: q Mineruā: ut aiunt: sus docere debeam: præcœptorem discipulus: tamen præter officiū vel pocius pietatem: acturū me fore. vehementer timeo: si in cōmuni periculo: & tui/quē Parentis carissimi amore prosequar: & tocius nostrę Patrie: ego ꝑ modulo nostro: q̄d possem auxilium: consiliūve nō afferrem. Sane cōsilium apud te esse: nemo dubitat: id quod ego ceteris sepiꝰ sum expertus. Verū quoniā hęc res licet nos omnes: te t̄n peculiarius attinget: assiduaq̄ animū cogitaciōe perurget: vereor ne solicitudo: quieciores tibi mentis recessus obstrependo ꝑturbet: & ꝑturbacio limpidiores intuitus: in ea/quæ tibi doctrina pariter & vsus pararūt: ferre nō paciatur. Audi igitur dilectissime Pręcœptor: quę tibi discipulus & filius dępromit: ex armarijs/quę tu potissime doctrinis sapientibus farcire studuisti: & ea quę scribam: tanto tibi graciora puta: q̄ nō ex alio q̄ a te ipso manāt: nec ad hoc ęnumerant quia te lateant: sed quod tibi forsitan diuertente te temtacione apparere non possint. Sunt qui te a nobis auocare nituntur: pollicentur eximiā ꝓuisionem: rem su-

am faciūt graciorē. Ego mi Doctor/si populo Argentinensi tui indigentissimo: a Deo prædicator missus nō esses: & iam sarculo verbi vicia plura extirpasses: facile reuictura: si sarculū retraheres: restarētq; adhuc ęradicāda plura plantādęq; virtutes: qua ꝑfecto agricultura te retrospiciēte: verisimiliter ꝓrsus dęserenda timet̄. Si hęc inq̄ nō essent: Basiliensib⁹ ꝓ caritate fraterna fauerē: ut te prædicatorē sortirent̄: & tibi ꝓ filiali pietate gratularer plurimū: cōdicionē stat⁹ tibi dignam attigisse. Sed quia caritas dei & ꝓximi: plus apud Christianū valere debet: q̄ quæcūq; animi violenta & semꝑ suspecta impulsio: aut q̊dcūq; comodū temporale: diligenti animaduersione cōsiderandū esse arbitror: in vtro illoꝝ plus caritatis versetur: Argētine maneas: an Basileam migres. Primū igitur omniū: caritatem quidem fore fateor: si Basilienses ęrudias & viam veritatis doceas. At Argentinenses docere: tanto amplioris est caritatis: quanto populus est amplior/lascíuior: & veritatem/non errores docencium: indigencior. Quid velim: non ignoras. Atqui dices: satis diu Argētinę iam quotidiana declamacione cōsuecior sermo: nihil admiracionis habet: cor non tangit: illic nouus: & feruenciori pectore absorberetur: & tenacius hereret. Quid istic futurū sit/ignoras: quā q̄ non dubitem: quin te pro incredibili facundia tua: & miraturi sint: & si Deus dederit grām: tibi obedituri. Quid autem hic agatur: non opus est tibi dicam: ipse vides. An te vel auditorū pœnitet?: qui copiosiores sunt: q̄ vnq̄ hic sint visi: an obedicionis?: cum tibi (ne de secretis dicam: quæ solus Deus nouit) in publicis consuetudinibus/quas legi diuinę contrarias esse docuisti: plus obtemperarint vel vrbis Magistratus: resistētibus eciam nonnunq̄ potentibus & maliuolis: q̄ vel vnq̄ auditū esset: vel quisq̄ fieri posse speraret. Nam

quid ego enumerem: tot templorũ Dei: & locorũ cõ-secratorꝝ dęhonestaciões: a te pessundatas? Q uid cõ munionẽ sacrosanctam: supplicio afficiendis: nõ sine magno certamine obtentã? Q uid innumera alia: & nuper sacrilegia illa laruarũ a te castigata recenseam? Plura sũt: plura dabit Dominus ꝙ credere possis: quę hic salutaria nobis e tua prædicacione proueniãt. Hic mihi dices. Si hic ꝓfœci: Basileę eciam proficiam. At mi Doctor: nõ est discooperiendũ altare vnũ: ut aliud cooperiatur: præsertim / si illud alterum facilius sit in-uenturũ quo cooperiatᷣ ꝙ primũ. Nũquid si Basilieñ. ad tam bene & firmiter institutũ officium: cũ habeant domesticã Theologorũ Vniuersitatem: coguntᷣ foris mẽdicare: nec adhuc reperiũt qui eis panem frangat: an credis Argentinenses tuos: si tu eos reliqueris: adi-pisci posse prædicatorẽ: qui adhuc Officiũ vix incep-tum: immo nõdũ inceptum assumat? Præsertim ꝗd tibi minime ambicioso: nõ suffecerit. Immo certe nul lus erit ut metuo. Et quod verisimiliter & certo conse quetur: verendũ est ne forte pro negligencia eorum / quos nosti: tantũ et tantis impensis bonorꝝ virorũ in-ceptũ: ad pristinũ statũ redeat: tam salutiferũ toti po-pulo verbum: negligenter perire permittatur: atꝙ ita quod Basileę iam diu firmatũ Officium: eciam te non accedente durabit: id te hinc abeunte: metuẽdum est: ne hic dęficiat. Q uid mea inquies: refert. Id viderint hij: in ꝗꝝ manibus Officij administracio versatᷣ. Satis diu monui: cõfirmari curarẽt: satis diu cerciores fœci: non sufficere ꝓuisionem. Mi Pater / quo res miserior est: eo viro magis misericordi indiget: temporalia no-bis cordi sunt: ęterna posthabemus. Tu quẽ Christo viuere velle non dubito: nũquam ampliorem habe-bis: caritatis fraterne exercendi opportunitatem: ꝙ si eciam cum penuria tua: rem salubrem toti populo

interire non paciaris: ꝓ cuius salute: eciam animã suã multi tradiderũt. Equidem quanta tibi est consciēcię cõsolacio: vbi te vides: nõ sectatũ fauorem hominum. nõ lucra: aut comoditatē status: solo solo solo Deo p̄ oculis habito: magnos labores tolerare: quã spero rem eo ꝓpediem deducendam: ut si nõ abunde: saltē decenter viuas. Quid postremo dicam: de cõfusione populi nostri si abieris? De scandalo vt vereor multorum: præsertim eorꝫ/qui te iam matura deliberacione cõclusisse nouerunt: & certa sentencia statuisse: ꝙ hic maneres. Quid futurũ sit: malim ipse cogites. Nam ego pre merore: scribere nõ possum. Quobrē eximie & obseruãdissime Doctor: moueat te: ꝙ certissimum damnũ imminet nobis: si hinc discesseris: & in officio & in doctrina tua: quę minoris ut timeo põderis erit: & in scandalo &c̄. Incertum est aũt comodũ quod Basiliensibus afferes. Præterea solum Deũ secutus videberis: si hic maneas: si illuc diuertas: nescio quid aliud te traxisse: dicent. Atq ita nõ solum ꝓximi: sed et Dei caritas: te hic nobiscũ merito retinet. Nisi fallor: hęc multorum bonorꝫ te amanciũ sentencia est: quã sepe sciscitatus es: & ut ceteros omittam: D. Doctor Friburgeñ. Rector: & Magister Thomas Lamparter sufficiant. Datũ Anno domini M.cccc.lxxxviij.

Amorem & amiciciã spondet: & optat.

Petrus Schott⁹ Ornatissimo ac elegãtissimo viro: Cõrado Leontorio Mulbronnensi Reuerēdissimi domini Cisterciensis Cancellario: amico carissimo. S.D.P.

Statueram tibi vir amatissime pluribus respondere: simulq declarare & quanti facerē amorē in me tuũ: & q̃ iucundum mihi sit id ęruditis illis: ac iucundissimis lr̃is tuis ad me pferri. Verum interea/ dum tabellariũ expecto: aut inquiro pocius: inopinato se mihi offert: qui se asserat: e vestigio ad te ꝓfecturum. Et si igitur

tempis penuria: pro ingenio ac amicicia nostra: nequaquam paciatur: me tecum longioribus agere: malui tamen nihil scribendo: aliquid ad te scripsisse videri: quam occasionem amittens: opportuniorem aliam (quæ si obtingat: haud sum certus) quotidiano desiderio prestolari. Quãobrem quæ reliqua sunt: si quando dabit: attingemus. Hoc vnũ vero tibi persuadeas velim: cõmendatũ te mihi esse: ob integritatem vitę quam profiteris. Lõge tamẽ amplius mirandũ: ob tam promptam/copiosam/ornatamque periciam tuam: quibus/quoniam accessit nõ mediocris: quem præteferre videris: tuus erga me amor: fieri nõ potest: quin mihi promittam cõducibilẽ ac iuxta Aristidis sentenciã perpetuo duraturã esse amiciciam nostrã. Vale. Ex Argentina prępropere ad decimũ kal. Ianuarij. Anno a natiuitate Christi M.cccc.lxxxix.

Gracias agit: pro remisso Concionatore Argeñ: Laudatque: quod doctos viros et Theologos: pro felici ecclesię sue regimine pquirit.

Petrus Schottus Reuerendissimo in Christo Patri ac domino: dño Friderico Augusteñ. ecclesię Antistiti: Domino suo maximopere colendo: Promptissimã obtemperanciã cũ sui cõmendacioẽ: et fœlicitatem dicit Graciam tibi venerandissime Præsul habemus: Parẽtes mei & ego. Primũ super muneribus: quæ cũ ornatu suo: tum quod ad te missa sũt: summopere nobis accepta venerũt. Deinde quod nobis Doctorem reddidisti longe omniũ expectatissimum. In quo profecto non in nos solũ: sed in vniuersum quoque Argentinensem populũ: beneficenciam videris gratissimã contulisse. Iucunda sane nobis hęc sunt atque vtilia. Verũ nõ minus iucundũ gratũque fuit: audire Doctorem narrantem & plebis tuę affectũ in Deum: & dignacionis tuę feruentissimũ in salutem eorũ zelum: studiũ insuper & amorẽ

quo ꝑquiris: & inuentos cōplecteris: eos qui cōmisso tibi gregi salutaria pabula: tibiq; in eo pascēdo cōmeatum afferre possint. Q̃obrem & clementissimū Deū ex totis visceribus: supplici veneracione: & laudam⁹: qui ecclesiam suam nondū prorsus pastoribus bone voluntatis destituit: & vehementer oramus: ut quod in te operatus est: id confirmare augereq; : ac ardore tui ceteros quoq; inflammare dignetur. In quo vale. Atq; nos seruulos tuos cōmendatos habeto. Ex Argētina ad qntū kł. Februarij. Anno. M. cccc. lxxxix.

Hortat̃ ad memoriā mortis & eternæ vitæ: exemplo multoꝝ notoꝝ q ꝑierūt.

Petrus Schottus Viro magne pericię ac vsus: dn̄o Vito Mæler de Mēmingē: Decretoꝝ Doctori: Præposito Frisingeñ. dignissimo: maiori p̃sm obseruādo. S. P.

Valere te velim optime: id q̄d & spero: qñ nō sit verisimile: te tot annis in Vrbe sc̄tā versatū: nō vel vnciam sc̄titatis: hoc p̄sertim tam sc̄tō tp̄e cōtraxisse. Fac itaq; si qd melior effect⁹ es: bonitatē intendi. Q uia ꝑfecto dies aduenīūt: imo pocius cōcitatissima velocitate accurrūt: qbus districtissimi iudicis iudicio sisti: & oīm operū / dictoꝝ / & cogitatuū nr̄oꝝ rōnem reddere cogemur. Ah mi Vitę: mi Doctor: mi Prępositę: quū nō sit aliud sup: q̄ tibi scribā: amicicia aūt nr̄a lr̄as reqrat: more meo: inde scribēdi argumētū sumo: q̄d tibi scio oīm vtilissimū & sūme necessariū esse. Nec sane id idcirco facio: q̄d te credā illaꝝ rerū ignarū: q̄s tu longo ante tp̄e nouisti q̄ me nosceres: sed q̄d vereor: incursātes te q̄tidie causas obstrepere: harū rerum / q̄ salutis tuę sūt meditaciōib⁹. Sicq; factū ē: ut cū plurimi sint: q te in illis sollicitū reddāt: vel ego tibi forte nō minus amic⁹ q̄ ceteri: sim assidu⁹ monitor: ut mortis: & fut̃ę vitę memor: quæ et̃na erit: ita p̄sentē hāc momentaneāq; duracionē exigas & accomodes: ut cū Dn̄s ve

nenerit: inueniat te paratū. Nam q̄ fluxa: q̄ caduca sit oīs mūdi potēcia: cū ex aliȷ̄s tum ex hoc anīaduertere facile possum⁹: q̄d eos/q̄s nos aliq̄n Bononię & florētes opulēcia; & estimaciōe omniū sapiētissimos cognouim⁹: & in pompatico fastu sępe vidim⁹ incedētes: iam vel gladȷ̄s cōfossos: vel laqueo suspēsos esse accipiā. In q̄ quū neq̧ factiosi illi⁹ tumultus historiā: neq̧ mactatorꝶ noīa intellexerim: fac me obsecro: si rē nō ignoras: cerciorē. Ego sane in Germanicis reb⁹ noui nihil habeo: nisi q̄ ꝓpediē conuētus oīm Principū & Oratorū vrbiū; a Rege ip̄o Maximiliano Spire celebrandus esse dicit̄: vbi forsitan noui aliq̄d surrepet & emerget. Vale: & me ama. Ex Argentina ad decimū kl̄. Apriles. Anno. M.cccc.lxxxix.

Petit disponi hospiciū: in thermis Feralibus.

Petrus Schottus Famę clarissimę Doctori: Mgr̄o Io. Vuidman Phisico: in Thubingen Ordinario: maiori p̄m honorādo. S.D. Intellexim⁹ te esse in loco haud admodū remoto: itaq̧ opportunitate cōcessa gaudentes: q̄d difficili⁹ forsitan alit̄ potuissemus. Nūc tibi clarissime Doctor: ac Cōiugi tuę honestissime matronę: balneacionē diu in cōsultacōe suspēsam: cōclusam iā ac si Dn̄s voluerit: certo suscipiēdā significamus: atq̧ indicim⁹. Itaq̧ tuū erit: si te nō pigeat: ut hospitem sc̄ti Cristophori in thermis Ferarꝶ cerciorē facias: ut ī domo sue cōtigua: q̄ ad Lunā cognomentū habet: duas stubas cū plerisq̧ cubilib⁹ expeditas adseruet: q̄n q̄dē Parētes mei & ego: cū nōnullis aliȷ̄s amicis: ad Dominicā Cātate: illic sumus cōparituri. De te āt & Cōiuge/nec verbū facio: q̄n nō dubitē: vos si fieri possit: societatē nostrā nō aspernaturos. Cōfidenter animoseq̧ scribo: ut ad eum/in q̄ singulariter longa experiencia docti: omnes nos cōfidamus. Ceterū dominus Otto Sturm: cuius vxor ut ip̄e enarrabit: diuturna ac inter-

pellata infirmitate p̄mittit͛; voluit/ut eū tibi cōmenda
tū lr̄is meis facerē. Quare obsecro: fac senciat me eū
tibi cōmendasse. Vale. Ex Argētina. viij. kal͛. Maias.
Anno M.cccc.lxxxix. Si nō ip̄e accedes: respōde.

Balneū optat salutare esse. Enygmata in balneis
ꝓponi solita: tria versu cōplexus.

Petrus Schott⁹ Prestabili ac priscaꝝ ęlegāciaꝝ studio-
sissimo viro Adelpho Rusco: nō sec⁹ ac frī caro. S.D.
Quod breuibus scribo: properacio mea efficit: q̄ iam
nūc int͛ obstrepētes sarcinularꝝ correptores: atqꝫ bali-
nearū petēdaꝝ grā solicitos: vix tantillū ocij mihi p̄ri
piā: ut vel hęc p̄scribere possim. Igit͛ & si paucis leges:
intelliges tn̄ velim plurimis: amicissimisqꝫ verbis: me
meosqꝫ tibi ac tuis sospitatē fœlicitatēqꝫ imp̄cari: atqꝫ
ut balneacio ista cōducibilis salubrisqꝫ vobis existat:
vehement͛ eciā atqꝫ eciā a Deo optimo maxīoqꝫ opta
re & obtestari. Cęterū q̄ mea venaciōe assequut⁹ sum
interea dū abfuisti: hęc tibi dono mitto: q̄nquidē desi-
des Molossi plura indagari recusarūt.

Haud male conueniūt scirpi atqꝫ ęnigmata thermis:
Ocia ne pereant: libera cuncta iocis.
Oedipus enarret nobis: q̄ noīe monstrū
Tetrū: informe: ingens: q̄d mō canto: vocet.
Nō fuit: & nō est: nec erit: mortalibus horror
Oībus id tn̄ est: sint: fuerint: vel erūt.
Rursus & hæc pādat: dū nō est querimus oēs:
Dū venit odimus: dū fugit hinc querimur.
Quod soli angustū est: aptū appositūqꝫ duob⁹:
Dicit͛ id laxum plus satis esse tribus.
Hæc tria si soluet: pedibusqꝫ tumētibius ad nos
Sphinga petēs veniat: tū mihi Phœbus erit.

Videor videre q̄ obrugata frōte v̄sus hos horridulos
cōdēnes: p̄sertim si ut te facturū asserebas: dulcissimis
ac fluētissimis M. Ciceronis Orōibus: labra palatūqꝫ

tuũ aſſuefœceris. Verũ ſi varietate faſtidiũ tollitur: & hoc quoq; iucunditati tuę conducet. Quare niſi diſpliceat: accipe alios verſiculos: quos nup rogatus ſum cõfingere: quibus puer pulcherrime indolis: ſed pauper: ab Heinrico Comite in Hennenberg: petebat in Choralium numerũ aſciſſi. Cui poſt peciunculã exilẽ hęc carmina ſubiunxi.

Inſignit pario victrix quem marmore Roma:
  Criſtata volucri Patria quem decorat:
Scilicet ut regni columen: populiq; patentis
  Fotricem ſignent progeniem eſſe tuam:
Magne Comes faueas: dociliq; ſub indole flãmas
  Gliſcentes oleo confoue: magne Comes.
Tum vere illuſtrem reddet te noſtra Thalia:
  Atq; tuum nomen ſæcula cuncta ſcient.

Icona argumẽtoꝝ Maronis: nõ tam p deſidiã meã infecta ſunt: q̃ q̃d Appelles atq; Liſyppus Alexandro: qui eis opam imparet: caruerũt. Nam cum alter ſemel a me archetypũ recœperit: alteꝝ poſtea ne videre quidem potui: donec ipſe inquirendi eius gr̃a: officinas pleraſq; pluſtrans: vix tandem inuento: archetypum ſecundũ offerrem. Hęc volui te non ignorare: ut intelligas non eſſe me: quod putas: vſq; quaq; ceſſatorem. Vale: & me precœptori meo vnice cõmenda. Ex Argẽtina pridie Idus Maij. Anno. M.cccc.lxxxix.

Has a me lr̃as recœpit Adelphus in Baden. Legitq; iã ex inflãmacione balnei ægrotans. Qui ꝑpediem Argentinã reuerſus: ad ſeptimũ kl̃. Iunij. Anno domini. M.cccc.lxxxix. tercia ſcilicet Rogacionum: mortem obijt acerbam & luctuoſam multis: mihi p̃cipue. Miſereatur eius dñs. Vltimę ad eum lr̃ę.

Petit aduentum eius in thermas: nomine eciam Coniugis proprię.

Petrus Schottus Eximio Arciũ ac Medicinę Doctori Mgr̃o Iohãni Vuidman in Thubingen: tanq̃ fr̃i pl̃m honorato. S. D. P. Oĩes q̃s ex nobis thermas petituros intellexisti: sani & incolumes diuino fauore: illuc venimus: ibiq́ȝ sani queẽadmodũ rei cõdicio dęposcit: hucusq́ȝ ꝑseuerauimꝰ. Tuũ vero aduẽtũ: si tibi graue nõ fuerit: magnoꝑe desideramꝰ. Pręcipue Cõiunx tua matrona honestissima: tui dęsiderio affecta ẽ: tum ut te videat: tũ ut a te statũ filioꝝ: ac tocius rei familiaris cognoscat. Præterea iussit ut tibi significẽ: se ab Abbate Hirsaceñ. nihil adhuc accepisse. Cętera scribit ipsa: & tu, cũ veneris intelliges. Vale. Ex Baden quarta pꝰ Cantate. Anno. M. cccc. lxxxix.

Denuo petit eius in thermas aduentum.

Petrus Schottꝰ Prestãtissimo Medicinę Doctori: Magistro Iohãni Vuidman in Thubingẽ: fratri carissimo S. D. Scripsi priꝰ: uũc lectꝭ lr̃is q̃s ad vxorẽ dedisti: scribo rursus iussu Parẽtis et vxoris tuę ꝑ̃stãtissimę ꝑ̃cibꝰ ne q̊uis pacto ꝑ̃termittas: ad nos diuertere. Etem̃ quo id comodius possis: is q attulit lr̃as tuas: famulus Doctoris Ludouici: te comitabit᷑ Vale. Ex Baden Ferino /q̄nta post Cantate. Anno. M. cccc. lxxxix.

Sanitatẽ suã & suoꝝ in balneis declarat: eiusq́ȝ oraciones desiderat.

Petrrus Schottꝰ Integerrimo sacraꝝ lr̃aꝝ Doctori Io. Geiler de keisersberg: Prædicatori ĩ eccl̃a Argeñ. maiori pl̃m obseruãdo. S. D. P. Si q̊d spero bñ vales: optatissimũ nobis ẽ. Nos q̄dẽ diuĩo munere bñ valemꝰ: nõ secꝰ q̃ȝ nosti eos: q hãc nostrã /ꝑegrinacionẽ dicam: an errorẽ incedunt: valere solere. In tuis nimirũ: tuiq́ȝ emuloꝝ orõibꝰ cõfisi: securius dies agimꝰ: rectiꝰ dixissem: ipsi nos /q̊ voluptas trahit agitamur. Quare fac pauxillo q̄dẽ tẽporis verũ ex sñia: Deo nos oẽs cõmẽda: Qui te saluere iubẽt. Ex Balneo Feraꝝ. ad. vi. kl̃.

Iunias. Anno. lxxxix. Augustẽses nõnulle nobiscũ sũt: quarum vna soror est vxoris Georij Granser. Oms ut pro se Deũ ores: & saluus sis: orant.

Mittit Zinçiber conditũ: & se ciuitati Argeñ per Patrem cõmendatũ iri.

Petrus Schott⁹ Argeñ. Iohãni keller: Impialis Fisci procuratori. S. D. Mox ut domũ redij Doctor pstantissime: curaui ut ad te cõditũ Zinçiber pferret. In q̃ si expectacioni tuæ respõdi: erit mihi pfecto res iucũdissima: si vero minus: psuade tibi velim: nõ inuenisse me in vrbe nr̃a: q̃d illo tibi cõducibili⁹ eẽ iudicarẽ. Cęterum q̃d mihi mãdasti: ut cũ Pr̃e agerẽ: excellẽciã tuã ciuitati nr̃ę cõmendatũ iri: orat Pr̃ ut bono ac certo sis anĩo paratissima qdẽ mente acturũ se: quicquid pro te faciendũ esse cognouerit. Is se tibi eciã atq; eciã cõmendat: id q̃d ego quoq; maximopere velim. Vale: vna cũ Coniuge honestissima matrona: & Liberis. Ex Argẽtina Idibus Iunijs. Anno. M. cccc. lxxxix.

Sollicitus est pro Adepho Rusco: grauiter egrotante.

Petrus Schott⁹ Insignis sciẽ ac facũdię Doctori Theologo. Mgr̃o Io. Geiler de keisersberg: Prædicatori in eccl̃a Argeñ. maiori suo plm̃ venerãdo. S. D. Quod nup scripsi rursũ scriptũ a me eẽ iudica: nã q̃ntũ ad illa ptinet: nihil ĩ rebus nr̃is: q̃ q̃d morti viciniores sum⁹: immutatũ est. Cęterũ qm̃ Adelphũ Ruscũ virũ mihi probe carũ: vtinã viuũ: graui admodũ morbo decũbere: non sine grauissimo merore: iterum atq; iterum intellexi: vellem si quid mihi possibile foret opitulari: vel cum incredibili meo labore: id omne curarẽ: efficere. Itaq; egi cum Doctore Iohãne Vuidman in Thubingen: ut si sua esse existimauerit dñs Adelphus: ut is ad se accersiatur: q̃ primum pariturũ se pmiserit: omnemq; curã quam poterit/pro salute eius adhibiturũ.

Id ego ipsimet scripsissem: nisi languentē vererer offendere. Tu ergo obsecro: inuestigare velis: si eius desiderio ducatur: & de his meis lr̄is: vel eum vel suos: cerciores reddere. Nec minus: si quid secus ꝙ spero: de eo actum sit: mihi significare: ut saltē ꝓ eo Deum omnipotentē orem. Atqꝫ in ędes Patris mei/ꝑ famulum significa: oīa in ea condicione circa nos esse: quā eis in ꝓximis lr̄is aperuimus. Vale: & Deū pro nobis omnibus: qui te saluere iubent: ora. Ex balneo Ferarū Ipso festo Ascensionis dn̄i. Anno. M.cccc.lxxxix.

Inuitatus ad licenciam: respondet.

Petrus Schottus Magnę religiōis viro: ac sacrę Theologię doctissimo Licenciato: Magistro Gabrieli Byhel: Præposito Vraceñ: maiori suo plurimum obseruando: Salutem in dño: suiqꝫ officiosissimū obsequium. Legi lr̄as tuas vir doctissime: nō quidē ad me datas: sed q̄d arbitrabar: eius ad quē inscribebanť inťesse ut ꝑ me legerenť. Q̄zobrem & ego respōdere tibi statui. Primū abesse a nobis: cōmunem illū amicum nostrum & meū p̄cœptorem: Augustāqꝫ iteꝶ pecijsse: illuc si scripseris: ꝓculdubio ut spero: votis tuis et q̄ntum ad pecunias ptinet: & quantū ad accedendā Licēciam tui fratris: libentissime obtēꝑabit. Ego sane (q̄m & me inuitas: ut Doctorē nostrum comiter) si certus essem Doctorem apud vos futurū: & ꝑ Parentū meorum auctoritatē liceret: nō prætermitterem morē gerere inuitacioni tuę. Plura scribere: nuncij festinancia nō admittit. Vale vir integerrime: & peritissime præcœptor. Ex Argētina Idibus Augusti. Anno domini M.cccc.lxxxix.

Domus suę statum. Et mortē vicini narrat.

Petrus Schottus Prestantissimo diuinarū lr̄aꝶ ꝓfessori: Doctoriqꝫ: Magistro Iohanni keisersberg: Predicatori ecclesię Argeñ. precœptori suo maximopē hono

rando.S.D.P.Cum has ad te scriberem lr̃as excellen
tissime Doctor:sperabam eas tibi nusq̃ redditum iri:
q̃d scilicet alia via rediturũ te ut scripsisti:iam nunc ex
pectabamus.Quod si id:quod secũdo loco fortasse
te facturum esse:subiũxisti/contigit:tuq; p lr̃as poci9
q̃ p teipsum nos solari decreuisti.Noli tamen id obse
cro diuci9differre:quãdo in his quæ p Nycholaũ tuũ
fieri iussisti:nihil prsus neglectum sit:quo minus for-
nacem & siccam & minio delicatissime purpuratã of-
fendas.Cetera quæ ad Argentinenses nostros ptinẽt:
ea condicione pstant:qua tu ea reliquisti:præter vici-
num illum:quondã hospitem tuũ:qui die Dominico
preterito:sole oriente occidit:dñm Iohannẽ Landeck
cui deus misereatur intelligo.Pauca scribo:quoniam
hec te nõ esse lecturum existimo.Paucis itaq; habeto.
Cõmenda me maiorem in modũ Reuerẽdissimo dño
meo Augustensi:& veni.Ex Argentina Octauo kal.
Septembris.A natali domini.Anno M.cccc.lxxxix.
Parentes mei:dñs Cristianus:Nycholaus tuus:te sal-
uum esse volunt.

Mittit Herbas & semina. Magnifacit se huma-
niter exceptũ.Et cõmendari petit amicis.

Petrus Schottus Insigni Arciũ ac Medicine Doctori:
Magistro Iohanni Meuchinger in Thubingen:fratri
carissimo.S.D.P.Vix suffœcit tempus:ut tibi signi-
ficarem:nos herbulas has/vna cum seminibus:quas
desiderasti:ad te mittere.Paucas quidem:qm̃ & rare
sunt apud nos admodũ.Itaq; si minus sim gratus:ver
bis splendidis & amplis:pro tanta hũanitate:qua nos
tu & vxor illa tua cultissima:nuper accepisti:ignosces
oro.Et me multis:p̃cipue Magistris nostris Gualtero
Gabrieli:& nouellis Doctorib9 vnice cõmendes.Ex
Argentina pr epropere In vigilia omniũ sctõrũ.Anno
M.cccc.lxxxix.

Lucubraciunculas suas quasdā abductas dolet: easq; cum proprijs remitti petit.

Petrus Schottus Insigni Medicinę ac Philosophię ꝓfessori: Magistro Adelpho Occoni Frisio: Archiatro Augustēsi: fratri ac maiori obseruādo. S. D. P. Abstulisti a me nuꝑ Epistolas viroꝝ ꝑstanciū: & cōfictionē illā nostrā ineptā. Sane amboꝝ me cœpit: nō mediocre desideriū: q̊d illas q̄uis magnifœcerim dum haberem: nūc tamen (ut fit) postq̄ eis carui: cœpi lōge maioris eas estimare. Nugarū vero impensius me puduit: q̊d eas aduerti: si non aliorū/tuū tamen nasutū iudicium subijsse. Fac itaq; ut pollicitus es remittas: simulq; fœnoris loco: addas ijs: alias Epistolas/codicillosve: a te vel ab eis: quos dignos iudicaueris conscriptos. Sic enim fiet: ut amor in te meus non conseruetur modo: sed eciam augeatur. Alioqui Iambos forsitan extorquebis: haud clemenciores eis: quibus Catullus amicā Formiani decoctoris pugillaria reflagitauit. Vale. Ex Argentina kl'. Decembris. A natiuitate Saluatoris Anno. M.cccc.lxxxix.

Gaudet eum ignis periculum euasisse. Agit grās ꝓ opera vxoris. Patris statum describit.

Petrus Schottus Peritissimo Arciū & Medicinę Doctori: Magistro Iohāni Vuidman in Thubingen: tanq̄ fratri dilectissimo. S. D. Primum tibi gratulamur vir amicissime: qui periculum ignis adeo presens: adeoq; perniciosum euaseris. Quāuis em̄ infœlicitati detur: in tale quippiam discrimen incidisse: non potest tamen nō tribui admirande fœlicitati: hoc est: diuinæ clemenciæ: euitare potuisse vbi incideris. Deinde graciam vxori tuæ Mater habet: cuius labore & diligencia: pelliceum illud palliolum: tandem ad nos delatum est. Plane dati sunt Aurei sex afferenti: quos & petebat. Cęterum sperabat per eum allatum, quoq;

fuisse: signum illud Argenteum vxoris tuę: quod ego quocꝫ si mihi datum fuisset: attulissem consuendū in seriem eorum circulorum: quibus oracionum supputacio censeri solet. Quod cum nondum factum sit: vbi comodum Consorti tuę fuerit: mittere eam horteris: ut opera Matris mee concinnetur. Quid plura? Pater diuino munere sanus est: quāq̄ nuper / sine tamē longo aut graui dolore: ęnixus fuerit calculum durū: album ac politū: quantitate fere pisi: qui cum sit prioribus colore & textura dissimilis: cum illi fuerint rufi & arenosi: nōnihil nos mouit nouitas. In quo / si quid tibi agendum videatur: rogo moneas. Reliqui nos: diuina benignitate bene valemus. Scribit ad te domina Vrsula de Dunçenheim: quæ se tibi / nostra quocꝫ cōmendacione acceptiorem fieri petit. Optime vale / cū tuis omib⁹: & Cōiuge & Liberis: q̄s noīe nr̄o saluere iubeas. Item Mgr̄m Georium virum ęlegantem. Iterum vale. Ex Argentina. xiij. kl̄. Februarij. Anno domini. M. cccc. lxxxx.

Cōmendaticię ꝓ Priore Predicatorum Columbariensium de Obseruancia.

Petrus Schottus Cōsultissimo Iuris interpreti: Mgr̄o Vito Mæler de Memmingen: lr̄aꝝ apostolicarū solicitatori: fratri suo pl̄m caro. S. D. Nō deerūt tibi lr̄ę meę: donec vbi fueris nō ignorauero. Videor eñ videre: semp mihi obuētura fore nōnulla: in qb⁹ opam tuā desiderē. Sane quū multa possint occurrere: hoc tm̄ q̄d in presenciarū scribo: eousq̄ videtur & me dignū esse qui scribam: & te q legas: ut nō tam nobis presenti voluptati: q̄ saluti ppetuę futurū esse speret. Qr̄obrem ne te lōgioribus demorer: causam nō aperiam sed id velim: idq̄ iteꝝ atq̄ iterū oro. Prēm venerabilē Priorem Cōuentus Prædicatorū Colūbariensiū: qui has ad te perfert litteras: audire velis: & in causis quas

agit: & quaꝝ tu singularis patronus esse cõsueuisti: ei cõsilio & fauore adesse digneris. Id a te ut peterẽ: et antiqua familiaritas nr̃a: et ipsius omĩpotẽtis Dei amor: de cuiꝰ honore agit̃: me mouerũt. Preceptorem meũ Mgr̃m Io. Muller Decanum Badensem saluere iube: cui quod nudiustercius scripsi: nunc verbis tuis ex nobis omnibus salutari eum velim. Vale amice p̃cipue. Ex Argentina kl̃. Februarij. Anno a natiuitate saluatoris. M. cccc. lxxxx.

Petunt̃ duo scripta Thome Argẽtinẽsis Theologi Petrus Schottus nomine Martini Flach ciuis Argentineñ. Acutissimo sacrarum litterarum interp̃ti Mgr̃o pallanti Spangel: Ordinario gymnasij Heidelbergeñ Salutem cũ sui cõmendacione. Hortatu tuo facũdissime Doctor: aggressus sum impressionẽ Thome nostri Argentinensis: magnã ꝓsperitatis auguracionem concipiens: q̃d te potissimũ suasore: id operis tentauerim: quẽ nõ tam fama ꝙ̃ ipa p̃stacione: intelligam integerrimũ atq; doctissimũ virũ. Idq; cũ multis ex alijs: tum p̃sertim q̃d eas laudes quas Thome tribuisti: optimo iure pro meritis ei congruere comperimus. Quo factum est: ut nõ solum emolumentũ (q̃d pleriq; nr̃m præcipuũ intuentur) consequi sperem: sed eciam (q̃d gracius mihi atq; optacius merito eẽ debebit) vniuerse scolasticoꝝ reip. eorum præsertim qui diuinis tradicionibus vacant: qui & ceteris præstant: nõnihil conducere. Quin & immortalis Dei honorẽ ꝓmouere confidam. Quobrem quũ te suadẽte: tam vtile tamq; honestũ opus incœperim: nõ verebor a doctissima illa p̃stancia tua desiderare: ut cõsumacioni quoq; cõsulas: atq; reliqua duo scripta: id q̃d sponte pollicitus es ad me mittas. His enim opus nobis erit perspiciendis atq; ex eis/eos archetypos castigare oportebit: vnde imprimenda sunt: interea dũ duo priora scripta cõsin

gantur. Vale decus Vniuersitatis tuæ: & me tibi de-
ditissimum ama. Ex Argentina ad decimum kl. Apri
lis. Anno a natiuitate Saluatoris. M.cccc.lxxxx.

Cupit scire: si Bulla visa sit: qua pecuniarum
vsus Fratribus Minorꝝ indulget.

Petrus Schottus Religionis diui Francisci diligentissi
mo obseruatori: fratri Iohanni de Laudenburgo: in
Maguncіaco litteris sacris vacanti: maiori sibi pluri-
mum caro. Salutem. D. P. Q ueris a me: Theologi-
calis questio dici debeat: an Theologalis: siquidem
concertacio sit inter scolasticos: vtrum eorum bona la
tinitate proferatur. In quo: si quod senciam scribere
debebo: asseuerabo neutrum latinitatem bonam esse
neq; si dixeris questionem Theologicam: id q̄d mihi
magis idonee dici posse videtur: latine pocius q̄: græ-
ce locutus fuisse iuste putaberis. Tametsi em̄ inflexio
latina sit: cetera tamen omnia a Græcis ad nos transie
runt: origo dico: composicio: & denominacio voca-
buli. Nimirum absre nequaq; fuerit non in alis: sed in
icus: quod Græcorum est denominatiuū: a Theolo-
go deduci. Possem adducere nonnulla: sed vrget me
desiderium sciscitandi a te: num aliquando tibi Con-
radus Bondorffer: Lector apud nos Minorū: vir pro-
fecto doctus: ediderit mōstraueritve Rescriptū Apo-
stolicum bullatum: in quo eis Argenti pecunieq; con
trectacio: vsusq; indulgeatur. Equidem audiui te vna
cum plerisq; obseruacionis vestræ Fratribus nomina
ri: quibus id mōstratū esset. Id ut a te perscrutarer: ef-
fœcit noua quedam disceptacio: que a Patribus ordi-
num Ciuitatis nostræ: aduersus Mgr̄m Iohannē Rot
virum doctū & bonum: tibiq; singulari amicicia iun-
ctum: cōmota fuit. Nam cum is depingi iusserit in ec
clesia Argentinēsi: velut Pytagoricum illud Ypsylon
vias vtrasq;: artam / quæ ad vitam: & latam / quæ in

mortem ducit: & summa q̄dā industria in laciori: oīm hominū genus cū peculiaribus suis notis confinxerit neq̄ Clericis & Prelatis pepercerit: neq̄ laicis dissimulantibus ceteris: immo admonicionis saluberrime loco ducētibus: soli Patres quos dixi Prædicatores: Minores: & Augustinēses: pati non posse videntur: aliquos eorum ordinum: propter vicia quæ forte cōmittere possunt: in damnacionē vergere posse videri. Præcipuum autem Minores ledit: quod cum marsupio Frater quidam appareat: quasi per hoc significetur: nō licere eis pecuniis ut ceteris vti: cōtra sedis ap̄lice (q̄d te vidisse asserunt) indultū. Super eo me cerciorē fac: obsecro. Salutant te Parentes mei. Vale. Ex Argentina Nono kal. Aprilis. Anno a natiuitate Christi. M. cccc. lxxxx.

Bohuslaus de Lobkovuic: domīo Petro Schotto Iuris vtriusq̄ Doctori: amico singulari: Salutem. D. P. Grate mihi fuerunt litteræ tuæ: sed gracius castissimū ip̄m sacrificium: quod ꝑ me iam forsitan offers. Spero enim id pro fidei tuæ puritate: & oīs in te sanctimonia: summe illi maiestati acceptissimū esse. Neq̄ dubitarem grās agere: nisi id iam pridē ex nostra consuetudine recessisset: q̄d de Nazareth & Galilea scribis: erūt mihi cure si modo comode fieri poterit: neq̄ eīn me temere in pericula coniicere velim. Statueram quidem Siria/Arabia/Egiptoq̄ lustratis: Indos petere: sed deterruerunt me a proposito nōnulli negociatores: qui iter illud nostratibus minime peruiū aiunt. Q̄obrem dabo operam: ut ea quæ oculis videre non potero: saltem diligenti inquisicione: magna ex parte cognoscam. Est autem mihi animus in reditu versus Septentrionem: domino propicio declinare: & littora maris Aegei: insulasq̄ tot Carminibus celebratas visere. Deniq̄ ipsam Bysancion: olim Christiani: nunc

Mahomethei Imperij sedem adire. Caue tamen: hæc cuipiam dixeris: ne si quando forsitan consilium mutarem: ridiculus videar. Durum ais tibi videri: quod sine te hoc iter aggressus sim. Cęterum ita me deus incolumem ad Patriam reducat: ut inter res humanas nihil hoc tempore magis optarem: q̄ te mihi comitē in hac tam salutari via dari: voluiq́ ex Patria ad te ca de re scribere: in his scilicet litteris/ quas postremo ut arbitror a me suscepisti: sed scio quę sit tuorum erga te pietas: & q̄ difficulter præsencia tui careant: atq́ ob id ne mencionē quidē huius rei facere ausus sum: verebar enim ne eos offendam: quos minime omnium offendere vellem. Vtcunq́ autem se hęc habent: ego tuus dum memor ipse mei: dum spiritus hos regit artus: ero. Vale mi anime: & crede mihi me hæc postrema ad te non sine scripsisse. Totam domum tuam saluere iube: & præcipue venerabilem patrem meum Keysersberg. Ex Venecijs Anno a natiuitate Saluatoris. M. cccc. lxxxx. Die. xvi. Maij.

Rogat venire eum ad ęgrotantem Amicum.

Petrus Schottus Clarissimo Medicinę professori: Magistro Iohanni Vuidman: Ordinario Studij in Thubingen: fratri plurimum obseruando: Salutem. D. P.

En iterum scribo: mittoq́ rogancia verba: ut est apud Horacium. Sępe inq́ p̄stantissime Doctor te vocaui: sępe eciam vocanti morem gessisti. Equidem graciā tibi non habere modo: sed et referre posse: iucundissimū esset: nō mihi solum: verū eciam Parentibus ambobus: & si deus ita dęcreuisset: parcere tibi mallem⁹ q̄ nouis te molestare itineribus. Atqui morb⁹ admodū vehemēs: dn̄i Petri Reiffsteck Canonici S. Petri senioris: q frater est dn̄i Iacobi Reiffsteck: tātope sęuit:

ut non videatur inuenturus esse remedium: nisi si tu ad nos adueneris. Quobrem rogant: immo obsecrant fratres pscripti ambo: orant Parentes mei: oro & ego si ingratum tibi non fuerit: ad nos properare: & solitā diligenciam adhibere velis. Morbi quidem condicionem/ex litteris domini Decani ecclesię supradictę intelligere poteris. Remediū vbi adueneris: speratur. Vale vir doctissime: vna cū honestissima Coniuge: & Liberis tuis. Quos omnes/omniū nostrū noīe salue re iube. De salario aiūt/nil ambigendū esse: quin non solum iuste: sed eciam liberaliter sit exoluendum. Ex Argentina quarta ante Dominicā Penthecostes. Anno Christi M.cccc.lxxxx.

Mittit simul aliorꝫ lr̄as. Et amicos cōmendat.

Petrus Schottus Preclaro liberalium Arciū Magistro Paulo Malleolo Andeloensi Collegiū Burgundię Parisius incolenti: tanquā fratri admodum caro. S.D.P. Mitto ad te litteras mihi per Andelahe creditas: quas ad te q̄primū pferri curarem: vellem pfecto lecius aliquid in eis cōtineri. Verū q̄d te arbitror non humana solū: sed & diuina Philosophia niti: cōfido nō defuturos tibi consolacionis locos. Volui autē Oratori apostolico lr̄as has cōmittere: cū nō possem sperare nūciū celerius ad te puenturū. Quobrem vbi ab Vniuersitate discesseris: rogo Gāgolffi mei: qui ut existimo iam Magisteriū subijt: & Iohānis Ryxingen: rōnem habere velis: & q̄d cōsueuisti auxilio simul et cōsilio rebus corꝫ adesse. Ita ut ab eis & alijs: qui Mgr̄o Ioanni Rot cōmuni amico nostro: nunc Carthusiensi nouicio: litteras afferas. Vale: & eos bene valere iube. Ex Argētina prępropere sexta Penthecostes die.. Anno domini. M.cccc.lxxxx.

Denuo petit aduentum eius: ad Amicum ęgrotantem.

Petrus Schottus Excellentissimo Doctori Medicine Mgro Iohanni Vuidman: Ordinario in Thubingen: maiori plurimū obseruando. S.D.P. Non potuit clarissime Doctor non ꝓbare deliberacionē tuam Pater meus: qui non cōparueris: lrīs tam ambiguis domini Decani euocatus. Verum ne minus consulte litterę: infirmo periculū afferant: orat & obtestatur te D. Petrus Reiffsteck paciens: ut venias: qui & Parentes meos & me rogauit: ut iterato scribentes efficeremus: ut nullo pacto efficeres: quin venires. Qꝫobrem si id tibi graue non est: te magnope desideramus: ꝓpter infirmū potissime: & quia p̄sencia tua / nobis admodū est iucunda. Si es domi: rogat te Mater ut globulos nonnullos / seu pocius circulos oratorios: quos vxori tuę aliquando donauit: tecum afferas: ut eos pro volūtate Cōiugis tuę cōsuat & cōcinnet. Hoc postremū te rogo: ut vbi Argentinā veneris: nullas ędes petas: priusq̄ nostras / quibus olim Cantor / tibi non incognitus: cuius animę Deus misereat: morabat. Illic em̄ hospiciolum tibi presto est. Vale. Ex Argentina sexta feria post Penthecosten. Anno. M. cccc. lxxxx.

Cōsolatur sup morte Amici.

Petrus Schottus Ornatissimo bonarū Arcium cultori: Mgro Paulo Malleolo: amico admodū caro: Parisiij apud Collegiū Burgundię. S.D. Misi ad te nudiustercius lrās nō meas solum: sed eciam quasdā ex opido Andelahe ad te conscriptas: easq̄ credidi Camerario Raymūdi perandi Oratoris Apostolici: qui hic in Galliam ꝓficiscebatur: seq̄ ꝓpediem Parisiū venturū ꝓfitebatur. Equidem q̄d triste tibi nunciū afferūt: bis tibi nūq̄ scripsissem: nisi tua interesse existimassem: rē eam q̄primū tibi cognitam fieri. Decreui itaq̄ p hunc quoq̄ puerū ad te scribere: si forte prius Raymundo ad vos ꝑuenirent: & significare id / q̄d si per Deū liceret:

euenisse nollẽ: viri illius: q̄ nō solū paterno te affectu cōplex⁹ est: sed mihi quoq nō vulgari amicicia iūctus fuit. Magistri Iohānis Meyger Archypresbiteri: ex humana corrupcione migracionẽ: non est q̄d grauius feras: q̄ equū sit. Deus egit: Deus nihil agere potest inique: nihil q̄d indecorū aut inutile sit: non potuit fieri melius q̄ a deo factū sit: quicquid vnq̄ fecit. Scriberẽ plura nisi te virū: et eum doctū noscerem. Sane qm̄ in Badensi opido fato succubuit: ei qui apud se erat cognito suo: mandauit ut me suo nomine rogaret: obitū suū tibi q̄primū significare vellem: simulq hortari: ut e vestigio domū redeas. Præterea nihil mihi ab illo cōmissū fuit: q̄uis idip̄m quoq nōnulli Andelaceñ: sacerdotes me rogarunt: a quibus & illas lr̄as recœpi: quarꝫ prius memini: quas Raymundi camerario vna cū meis tradidisse me scripsi. Tuū itaq fuerit ut tempori viuas: & accomodes omnia tua in id: quod Deū velle intelligis. A meis Gangolifo & Ioanne Ryxingen: a Iohāne quoq de Brockingen cuius dn̄s cōmunis amicus nr̄ Mgr̄ Iohannes Rot Cartusiensem agit: lr̄as affer. Vale. Ex Argentina Dominica Trinitatis. Anno domini. M. cccc. lxxxx.

Diligenciam in permutacione cuiusdam mali Aurei. Patris absenciam. Iacobi Reifflsteck cōualescenciam scribit.

Petrus Schott⁹ Preclaro Medicinę & Arciū Doctori: Mgr̄o Iohāni Vuidman Phisico: Ordinario in Thubingen: maiori p̄lm obseruādo. S. D. Quanta diligẽcia conat⁹ sit Fridericus Bibliopola: malū illud aureū vtiliter & ex re tua p̄mutare: quibus p̄mutacioni obstiterit: ip̄e tibi corā clarius ędicet: ego quoq fidẽ his meis scriptis (ita em̄ ut agerem: ille rogauit) facio. Siquidẽ cū de pondere nō constaret: Fridericus em̄ Aureos tredecim & dimidiū p̄erpendisse asseuerabat: at

contra bilanx præseferebat: nõ nisi aureos duodecim cum dimidio. De precio eciã dissensum est: cũ ille aureos. xvij. peteret: artifex non nisi. xvi. offerret. Sicq factum est: ut cũ Fridericus fines accepti a te ut aiebat mãdati: prætergredi nollet: infecta re discesserim⁹: pomũq apud me deponi noluit: donec qd de eo constitueres: mihi significares. Cęterũ tres aureos: q̃s apud me deposueras: & librũ tuũ quẽ emeras: eidẽ ut iusseras reddidi. Mittit eciã Mater aliam oracionũ supputacionẽ Coniugi tuę: cui nos plurimũ cõmendamus. Pater Reip. gr̃a abest in Oppenheym: vbi conuentus est nõnulloꝝ: sup nũmismatis Aurei pondere raciocinanciũ. Audio quoq dominũ Iacobũ Reiffsteck cõualescere: cui p frẽm significaui: si quid ad te scribere vellet: itaq cũ nihil scribat/conijcio eũ meli⁹ habere. Vale cum Coniuge & liberis: & Mgr̃m Georium ex me saluere iube. Ex Argentina Nonis Iulij. Anno Christi. M. cccc. lxxxx.

Sese litteras sepe dedisse. Ociosum nõ posse esse bonũ sacerdotem. Ad scribendũ aliqd in Germanię laudem inuitat.

Petrus Schottus Clarissimo phœbearũ Arciũ ꝓfessori id est: Medicinę musarumq cultori: Mgr̃o Adelpho Occoni: Augustẽsiũ Phisico p̃stantissimo: amico singulari. S. D. Non mediocri mihi voluptati fuerũt lr̃æ tuę: quas nup mihi redditas plegi: utpote q̃ nõ modo p̃seferrẽt ęrudicionẽ facillimã: quę tibi vtcũq ꝓperãti presto existit: verum eciã amoris in me tui argumẽta nõ mediocria cõplecterent̃. Causaris defuisse circũspicienti tibi litteras meas: mirarisq id mihi accidisse in tãto tãq trãquillissimo sacerdocij ocio. Primũ si recepisses oms quas scripsi: arbitror cõquestũ te nequaq̃ fuisse: incuria nimirũ baiuloꝝ factum esse conijcio ut nõnullas quas maxĩe vellẽ: tibi reddite nondũ fue

rint. Equidem neminē ꝑtermitto: quē ad te venturū esse mihi constiterit: cui lr̃as ad te nō offeram. Deinde quod de ocio scribis meo: & cōtra de ꝑpetuo illo artis tuę: q̃ exagitaris pistrino: nō eam inficias cōdicionem Christiani sacerdotis ocio constare: sed eo tm̄ q̇d minime quēpiam ociosum esse paciatur: immo ꝓfecto q̇d assiduū optimo cuiq̧ negociū afferat. Id q̇d Saluator ipe demandans: Negociamini inquit dum venio. Et recte: sane negocium dicit: q̇d lucrifaciendis animabꝰ immensum illud diuinoꝝ mysterioꝝ pelagus: quotidiana perlustracione enauigandū: nobis ꝑscribit. Tu vero fac obsecro pistrini tui: asinarie ut ita dicā molę: alium nōnūq̧ qui non sit nisi medicus delega. Maior es mihi crede: q̧ ut corporibus solūmodo curandis ingeniū & operam impendas: ꝑsertim cum sanitas eciā ope tua reparata: paucis momentis casura & ꝓrsus interitura nō dubitetur. Sintq̧ pleriq̧ alij: qui huic disciplinę: nulli ꝑterea accomodandi indulgeant: quin pocius maiora minoribus cariora existimes: & animoꝝ sanitati: quā sciencia & erudicionē existimo: docēdo studendoq̧ stude. Quod si nō ꝓrsus a ꝓfessione hypocratica abstinendū esse iudices: saltem tempora partire: & nō minoris momenti: ꝑsuade tibi futuram animoꝝ curā q̧ corporꝝ. Animis aūt quis magis idoneus erit restitutor te vno: qui cum omnē calleas Historiam: et singulari cura: plurima ab alijs neglecta: ꝑscrutatus fueris: facunde simul & veræ Germanoꝝ laudes: quas belli / domiq̧ in finiū linguęq̧ ꝓpagacione: arciū quoq̧ multarū vtiliū inuencione sibi pepererūt conscribere poteris: & in omī posterorū erudicionem et virtutis incitacionē: id q̇d hactenus ob ingeniorum penuriā: obliteratū ferme: & incognitū (quodq̧ intolerabilius est: alijs plerūq̧ gētibus mēdaci vsurpacione addictū fuit) in lucem edere: & non sine immortali

tui gloria: omnibus seculis legendū / credendūq̄ relin quere. Plura in hanc sentenciā ad te scriberē: nisi te vltro id factorū ex his: quæ tecū ego & dn̄s Doctor Cæsarorius sup̄ ea re Argentina locuti sumus: magnop̄e sperarē. Libellum meū / quē nudum remisisti: emendaciorē nō sine additamentis optabam recipere. Sed veniam do occupacionibus tuis: quæ non sunt passe ut eum recenseres: & in multis vbi opus erat: castigares. Verū vbi e cōfuso librorꝫ tuorū Caho ut scribis: aliqua ad me mittenda explicueris: de hoc quoqꝫ quæ videbuntur addes. Vale. Et me tibi amicicia singulari coniunctū p̄suade. Ex Argentina Sexto ydus Iulias. A natali domini. Anno M.cccc.lxxxx.

Iohannem Symler adeundum; ut precibus Regalibus deferat.

Petrus Schott⁹ Eximio. I. V. Doctori Mgr̄o Io. Muller: ecclesię Badeñ. Decano dignissimo: p̄cœptori plurimū honorando. S.D.P. Intelligo nescio q̄ vago rumore: te in Baden rediȷsse: nec tn̄ certo mihi quicq̄ cōstat: qn̄ lr̄as sup̄ eo tuas nullas recœperim. Tamē quia causa p̄ foribus esse videt̄: ad te ꝓpere scribendū duxi si forte istic te repirem. Hoc vesperi ad me platum est: extrema ęgritudine laborare dn̄m Iacobū Reiffsteck: adeo ut lucē diei venture nō speret̄ visurus: Deus arbitrio suo tamē om̄ia p̄stabit. Itaqꝫ cum Nominacio Canonici in ecclesia sctōrꝫ Michaelis & Petri: ad Mgr̄m Iohannem Symler ptineat: qui nūc in thermis ꝓpinquis vobis zur Huoben agit: nō ab re visum est: si cū eo: vtpote fautore doctorꝫ ꝓborūqꝫ virorꝫ ageres: idqꝫ citissime / ne tibi aduersaret̄. Et si qd intelligeres de morte dn̄i Iacobi: si ad nos ip̄e venires. Nam precibus tuis nil credimus obstare: nisi forte quod ab Episcopo ꝓcessus nōdum est fulminatus: qui quidē conscriptus est: & iamiam fuerat sigillādus: nisi aduentū tuū ante

multa tempa repentinū: & q̄tidianū p̄stolat⁹: sperasse te minori p̄cio: sigillū a Cancellario impetraturum: q̄ ego possem: quāq̄ si parere velint vltro: cogi eos non oporteat. Vale. De multis p̄terea: alia opportunitate habita: plurib⁹ si dn̄s voluerit colloquemur. Ex Argentina vespe Barholomei apl̄i. Anno M. cccc. lxxxx.

Statū primariarū precum narrat.

Petrus Schottus Doctori Iohanni Muller Decano in Baden: p̄cœptori vnice amato. S. D. P. Gaudeo non habere te aduersariū Mgr̄m Io. Symler. Ego quidem quia ut prius scripseram: ꝓcessus tuus sigillat⁹ nō fuerat: Zaberniā misi: & hac hora ad me delatus est: cui⁹ sigillum decem aureis redimi vix potuit: intercedente dn̄o Carolo Marchionis filio: cui sup hoc scripseram. Nam Cancellarius vigīti peciit. Restat ut post acceptacionē & ꝓuisionē: nomine tuo in p̄sonā meam iam nunc factā: intra horā adeamus Capitulū ecclesię sc̄ti Petri: et vigore ꝓcessus requiram⁹: ut possessionē tradant intra sex dies. Spero si per nominatorē impediti nō fuerint: nihil curę esse: quin eam assequamur. Ego sane heri sub matutinis eos conueni: & cerciores reddidi: monuiq̄ insinuacionis iampridē factę: ne precipitarent: ne ve penas inciderent. Videbim⁹ quid eueniet. Non decrūt amici: & p̄cipue Pater meus: qui assint: iuuent: consulant. Tu modo vale. Et te cura: ne quid deterius cōtingat. Nondū deliberaui mutare locum: tucius eīm cum Parentibus versari videor. Inter quotidiana remedia delibero: tn̄ ocissime. Nam iam nunc vocor ad exequias: dn̄i Iacobi in eccl̄a sc̄ti Thomę p nos celebrandas. Ex Argentina Sexta post Bartholomei hora Octaua mane. Anno Christi M. cccc. lxxxx.

Possessionem eum habiturum: si lacius mittat procuratorium.

Petrus Schottus Egregio Iuris vtriusq; Doctori: Ma-
gistro Iohanni Muller ecclesię sanctorum Michaelis &
Petri Argentinen. Canonico: praeceptori dilectissimo
S.D.P. Gratulor tibi praeceptor dilectissime: gratulan-
tur tibi Parentes mei: & amici ceteri: et id merito tuo
maximo: qui iam assensum Canonicorum tuorum assecutus
sis: & post multas ambages: postq; multiplicem exhor-
tacionem / commocionem / supplicacionem / deterricionem
quoq;: tum Capitulo congregato: tum singularibus
personis adhibitam per Parentem meum: & me (octo enim succes
siue Canonici ambiendi nobis fuerunt: ut nominationi-
bus quae ab vno renunciante siue supsedente: ad sequen-
tem deuoluebantur: hoc tempore abstinerent) hodier
no die vnanimi consensu: se Regijs precibus paritu-
ros professi sunt. Sane quod tu magni beneficij loco
ducere debebis: primus omnium tu es: cui in diocesi no
stra hac via: quicq; accessisse dicatur. Idq; maxime
rem difficilem faciebat: quod exemplo carebant. Ve-
rum adiutus es beniuolencia: auxilio: consilio: & opa
illius optimi viri Magistri Iohannis Symler: cui gratias agas
velim: quamq; ipse nolit hoc a Capitularibus ceteris in-
telligi. Itaq; agas caucius. Nam cum ipse primus esset
cui nominacio debebatur: tui intuitu: & pro pace eccle-
sie: supersedere maluit. Et ut ad idipsum ceteros se se-
quentes: quorum septem in Rotulo nominacionis ad-
huc viuentes inscripti erant hortaretur: immaturus ad-
huc a balneis domum redijt. Erat siquidem difficilius
postremos auertere quam primos: quandoquidem cum aliqn
vix sperent: id vite sibi concedi: ut ad eos ius illud or-
dinarie redeat: volebat saltem hoc modo per priorum
abstinenciam: ad se casu prolapsum amplecti: temptare q;
ut ceteri. Ad S. Thomam egerunt: sed Deus tibi pro-
uidit: animos omnium precibus nostris: & laude tui
molliendo. Equidem heri late declaraui: quis sis: quidve

vtilitatis sperem: ecclesię a te prouenturum. Nam pro misi te recessurū; id quod ex lr̄is tuis sępissime accepi: quare fac ne me mendacem cōstituas. Hoc hactenus. Possessionē pollicent: vbi ea quæ necessaria sunt p̄cesserit: q̄rꝫ cū vnū sit: ut tu teip̄m obliges: & quatuor alios duos scilicet eccl̄iasticos & duos scl̄ares correos & fideiussores cōstituas: de seruāda eccl̄a indemni: si forsitan ꝓpt̄ hāc paricionē: p̄cibꝰ ꝓ te porrectis factam: damnū aut detrimentū incurrerēt &c̄. vt moris ē. Ad hoc vero scilicet te sic obligandū: & fideiussores dandū: ego a te Mandatū nō habeo. Preterea quia incerti sunt de confirmacione p̄cum istarū: p sedem Apostolicā ut tu asseris: factam. Alij autē qui post te e Roma ꝓgressi sunt: negant. Idcirco ne forsitan istis cassatis: nouas preces Rex & cōfirmacione fulcitas: ꝓ alio porrigeret: & sic bis ecclesia a Rege grauaret̄: id volūt: ut ꝓmittas p̄sonaliter: vel mihi ad id ꝓmittendū Mādatum des: de ꝓcurando id est diligenciā adhibendo: ad habendū litteras Regis Ro. quibus recognoscat: suis precibus iam paritum fuisse. Itaq̄ ꝓpter has causas necessariū est: ut vel ip̄e venias: vel Mandatum sufficiēs ad me manu Notarij confectum mittas. Nec est q̄d de secūdo graueris: vix em̄ eo rem deduximus: ideo noli disceptacione rem impedire. Nam ꝓmissio illa nō te obligabit: ut a Rege obtineas: sed ut diligenciā ad habendū adhibeas. Ideo verbo ꝓcurare: velim te vti nō ampliori. Et si tibi modus forsan sit incognitus: iuuabimus. Cęterū: si forsan Notario nō esset promptum om̄ia cōsignare: clausulas necessarias retroscribā. Primo citra reuocacionē constitucionis prius factę: sed magis ad eius ampliacionē cōstituit &c̄. Ad/ꝓ eodē/ & eius noīe: se vna cū quatuor alijs: partim ecclesiasticis: partim secularibus personis cōdebitoribus: sub nōnullis pactis/modis/cōdicionibus/& clausul̄ &c̄.

ad Ecclesiã/Capitulũ/singulares psonas eiusdẽ: & eorum bona quecũq3: occasione siue ex causa admissionis & recepcionis eiusdem: ad Canonicatũ & prebendam: p obitũ quondã Iacobi Reifffteck vacañ. indemnes/in plenissima forma cõseruandis: obligandũ/& astringendũ. Secundo ad solitum iuramentũ in libro Statutorꝝ ecclesię &c. descriptũ prestandũ. Tercio ad satisfaciendũ iuxta consuetudinẽ ecclesię: de his/quæ p nouos Canonicos tempe recepciõis suę: solui hactenus consueta fuerũt. Quarto ad pmittendũ: se pcuraturũ recognicionẽ a Serenissimo Ro. Rege: q preci bus primarijs: p eundem Regẽ nup sibi cõcessis: p Decanum & Capitulum &c. fuerit paritũ & satisfactum. Quinto ad om̃ia & singula alia: eciam si Mandatum requirant magis speciale. Hec mihi Capituli nomine conscripta sunt. Non video quin facere possis: tamẽ tuũ erit arbitriũ. Si mandaueris faciã: curaboq3 apud nos inuenire: qui tibi condebitores efficiantur. Quo cicius Mandatum miseris: eo pperancius possidebis. Vale Magister optime. Ex Argentina kl. Septembris circiter vndecimã horã diei. Anno a natiuitate Saluatoris. M.cccc.lxxxx.

Mittit quedam Medicinarũ genera ab alijs descripta.

Petrus Schottus viro non ineleganti Cratoni Vdenheimio Arciũ liberaliũ Mgro: Ludi Sletstateñ. Prefecto: amico singlari. S.D.P. Intellexi ex lr̃is: quas ad Vrsulam de Dunçenheim matronã honestissimã dedisti: te nõnullas a me medicinas expectare. Facis tu me pfecto arrogantẽ: ac iam falsam inducere persuasionẽ cogis: Mediciq3 nomen/nõ sine magno egrotãcium discrimine: mihi vsurpare: qui em̃ id prætermittere: qui in ea arte/quã nũq3 attigi: eo ptigerim: ut pro fessori quoq3 pscribere posse videar: Verũ morẽ tibi

geram. tibiq; iudicij munus delegabo: ego sane scribā nō præcipiam. Primo conscriptas acori condiciones: quas habui: ita tibi mitto: ut remittas: exemplar enim nō retinui. Plane descriptio vna: cui suā Doctor Thubingeñ subscripsit: memoriter a Mgr̄o Theodorico Argentinę mihi data fuit. Alteram ut aiebat exactiorē: ex Spira mihi misit. Deinde tria cōmemoras: quæ de puluere Materno tibi constent. Mater eorꝫ radicibus solis cōtusis vtitur. Quartā addit eodem pondere herbam Cardonis Benedicti. Cęterū quod vnā radicum viridem desideras: negat Mater in agris nostris eam inueniri: sibiq; a fratre q̄dam Minorꝫ Cōuentus scti Vdalrici prope Barr colligi: suppeditariq; solere: q̄d & ꝓpediē futurū expectat. Id cū acciderit: si quid viride fuerit: matronę prescriptę ad te ꝑferendū tradet. Interea siccas eius generis radices conspicito: si quid ex eis perícior ęuadas. Herbā fullonū memini aliq̄n a Sebastiano Apothecario eam plantā nominari. Salue re iube Conradū vxorēq; eius. Itē Coniugē tuā. Cū iā clausurus essem litteras: venit in mentem Ludouicus Dringenbergius Vuestualus ꝓcœptor meus: cui epitaphion debeo. Soluā si Dn̄s volet: vbi primam a me Ep̄lam recœperis. Vale. Ex Argentina tercio Nonas Septembris. Anno. M. cccc. lxxxx.

Procuratorium ut abundacius mittat: pro consequenda possessione.

Petrus Schottus Eximio. I. V. Doctori Mgr̄o Iohāni Muller: eccl̄e Badeñ. Decano: necnō sctōrꝫ Michaelis & Petri Argeñ. Canonico: amico singl̄ari. S. D. P. Balneacio cœpta ut salubrior sit atq; iucūdior: Deus optimus hoc quoq; te donatiuo exhilarare voluit: ut assensu tocius Capituli eccl̄e sctōrꝫ Michaelis et Petri precibus ꝓ te a Ro. Rege porrectis pareretur. Sane si ad te nūci⁹ tuus ꝓperasset: quēadmodū iniūxerā resci

uisses id lr̄is meis: priusq̄ Cellēse balneū petiuisses: curassesq̄ ad me Mādatū celerit̄ p̄ferri: de q̄ scripserā: ut possessionē adipisecereris. Quāq̄ āt credo: te iā lr̄as illas meas recœpisse: breuibus tn̄ repetā: qd possessioni tuę adipiscēdę: impedimēto fuerit. Primū q̄d in Mandato p̄ te mihi facto: non est mihi facultas data: te vna cū q̄tuor aliis fideiussoribus: ptim ecclesiasticis: ptim sęcularib⁹: sub nōnullis pactis / modis / cōdicióīb⁹ / &c. clausul' &c̄. Eccl'am / Capl'm / singl'ares p̄sonas / eiusdē ac eorūdē bōa q̄cūq̄: occasiōe siue ex causa admissionis & recepciōis tui ad Canonicatū & p̄bendā: p̄ obitum quondā Iacobi Reifflteck vacan̄. indemnes ī plenissima forma obseruādo: obligādi et astringēdi. Deinde q̄d nec hoc in mādato est: q̄d tn̄ ipi ex causa: quā illic exp̄ssus scribo exigūt: ut p̄mittā tuo noīe: te p̄curaturū recognicionē a serenissimo Ro. Rege: q̄ precibus primariis p̄ eundem Regem nup̄ cōcessis: sibi per Decanū & Capitulū &c̄. fuerit paritū & satisfactum. Mandatū hoc: vna cum aliis clausulis oportunis: de iureiurando in animā tuā iuramētū: in libro statutoꝝ descriptū: de satisfaciēdo iuxta cōsuetudinē eccl'ie: de hiis quæ per nouos Canonicos tp̄e recepcionis: solui hactenus cōsueta fuerūt. Item ad oīa & singula: eciā si Mandatū requirant magis speciale &c̄. Huiusmodi inq̄ ad me constitucionem corā Notario factā ad me q̄tocius mitte: & possidere incipies. Prestolabant̄ siquidem fideiussores: prestolant̄ Dn̄i de Capl'o: prestolatur pecunia iam ad hoc reposita: prestolor & ego. Nec est ut tūc quoq̄ scripsi: q̄d te terreat illa p̄missio p̄curādi recognicionē &c̄. ut p̄mittit̄. Vix em̄ in tāta rerū ambiguitate (cū pleriq̄ oēs hodie dubitēt de confirmacōe p̄cū: & verēt̄ ne istis cassatis: noue cōfirmate surrepāt) eo rem inclinauimus: ut hac p̄missione contentarent̄. In q̄ nos p̄cipue iuuit Mgr̄ Iohānes Symler

tuus precipuus hac in re amicus. Ea sane te promissio
nō astringit: nisi ut ꝓcures: id est: curā adhibeas & dili
genciā. Q uāq̄ȝ id non egere sperem impetrari posse:
ut Rex lr̄is suis: missiua simplici: ostendat gratam sibi
esse: tam ꝓmptā p̄cibus suis exhibitā paricionē. Qꝛ-
obrem vellem: si nō fuisset sanitati aduersum: teip̄m
p̄sonaliter præsenciā ostendisse. Q uod quia nō licet
nūc sperare: saltē accelera Mandato sufficiēti: moram
(quāq̄ȝ ut spero non piculosam) gaudio tuo adijcere.
Vale fœlicissime. Et q̄d in eam rem ptinet cura. Hila-
ris sis: expers curarū & serij. Dominū doctorē Hiero-
nymū meis verbis saluere iube. Salutant te Parentes:
& nō solum prebendę: sed & balnei sospitatem orant
& beatitudinē. Ex Argentina tercio Nonas Septem-
bris. Anno domini. M. cccc. lxxxx.
Hodie post pactū diuinū Officiū: miserūt ad me Vi-
cedecanus & Capitulum ecclesię sancti Petri senioris
Vicariū quendam: qui mihi referret: respondisse heri
Mgr̄m Iohannē Symler: nūcio a se ad illū misso: ven-
turū se hodie Argentinā. Q uare si mihi spes sit: eum
a nominacione cessaturū: posse me eū reuersum cōue
nire: & agere q̄d placuerit: & in rem nostram cōduce-
re videbitur. Interrogaui deinde missum ad me Vica
riū: nū intellexisset an nominaturus esset: necne: q re
spōdit accœpisse se nomīaturū Mgr̄m Iohannē quē-
dā: q sit ꝑ eccl̄a. Q uid sibi hęc velint: intelligā dū ve-
nerit. Credo te diligēter apud eū egisse: ꝑ ꝓcuratorē
tuū: ne tibi aduersetur. Id q̄d tibi scripseram: tu q̄ȝ idē
mihi lr̄is significasse visus es. Incidit in mentem: si for-
te te nominaturus esset: & ego nomine tuo pollicerer
primarias illas tuas p̄ces ad nutum eius: in personam
cuius velletaccomodādas. De balneis nō est: quod a
Parentibus sperem impetrare: præsertim hoc Autum
ni tempe. Itaq̄ȝ vale fœlix & iucundus: & rescribe.

Diligenciam suam: in consecuta possessio-
ne declarat.

Petrus Schottus Eximio atq; preclaro. I. V. Doctori: Mgro Iohāni Muller: Decano Badeñ. ac sanctorum Michaelis & Petri Argeñ. Canonico: praeceptori plurimū caro. S. D. P. Vt videas quanta mihi recte rē tuam cōficiēdi solicitudo fuerit iā tum cū Mandatū ad me deferret: octauo scilicet yd9 Septēbris: ego veritus rumorē nescio quē: curaueram ut iam pridie in possessionē missus fuerim. Perferebat em̄ ad me ꝓperatum esse ad legatū quendā: q si priusq; possideres man9 apponeret: causam suboriture litis cōflatam fore. Itaq; rursus Canonicoꝝ animi mulcendi mihi fuerūt. Idq; hoc pacto impetraui. Nā meipm ut principalē in omībus obligaui atq; asstrinxi: ad q̄ Mandatū expetebat: ea scilicet cōdicione: ut Mandato q̄d iā misisti habito: ego tui obligacione succedēte liberarer. Sicq; factū ē ut heri die Dñico post prandiū iusiurandū tuo nomie p̄stiterim. xxix. aureos statutoꝝ loco: & ꝓ iure camerarij numerauerim. Mgr̄ Melchior kungsbach: Dñs Petr9 Mug Canonici S. Thome: Iacobus Mug senior & Eucharius Vœltsch gener eius p̄ te cauerūt. Pater quidem meus q̄d fideiussionē deuouerit: ob periculū quoddā/q̄d ante duos annos ꝓpe incidisset. Item alij mei vel ob nundinas vel ob pestem absentes: id agere nō potuerūt. Deinde ductus ad loca solita: corporali possessione ius tuū confirmaui. Quod ut tibi saluberrimū sit: om̄es im p̄camur. Superit modo ut Notarijs multoꝝ Actuū qui in ea re necessarij fuerūt: exoluā. Deinde ut de condicōe fructuū Beneficij cercior fiam Intelligo quidē te primis tribus annis: om̄ibus potiri ꝓuentibus grossis: presens sis aut absens. Neq; enim an nū residencie annalis: Beneficia illa exigunt. Redimendi tamen tibi erūt om̄ia: & in vino & frugibus ob

uenienciā:certa taxa/quam inuestigabo:Interea dum
veneris curabo:ne quid fructuū:aut vini colligendi:
pereat.Ego quidem hac tota nocte sudoribus stillaui
& quia omnia hac tempestate nobis suspecta sunt:he
ri sanguinē minui:timore quodam Parentum pcitus:
qui mei curam ampliorem ac ego habent. Melius ta-
mē hodie diuino munere sencio:meliora sperans.Tu
fac prudenter balneis vtaris:ne tibi quicꝙ̄ periculi:vi
rium destitucio cōfœcerit.Animo sis hilari:& in deū
spera:qui te nosꝙ oms conseruet.Ex Argentina.viij.
Idus Septembris.Anno.M.cccc.lxxxx.

Plebanatum diui Petri iunioris assequi
se posse:si velit.

Petrus Schottus Viro nō ineleganti:Mgr̄o Iohanni
Gœçoni Augustensi amico singulari:Salutem.D.P.
Intellexi nuper ab Illustrissimo illo diuinoꝝ eloquio-
rum Oratore Iohanne Geiler de keisersberg:te vrbis
nostrę repetende desiderio capi:si tibi condicio affer-
retur.Respondi ego gratissimā ꝗ mihi fore presenciam
tuā:itaꝙ cogitaturum me:ecquid tibi reperirem.Oc-
currit igitur cogitanti:eum qui nūc Plebanus ecclesię
nostrę est:perpetuam quandā Vicariā in Zabernia
Montana assecutū nuꝑ esse:quę eum a nobis auoca-
bit.Sicꝙ si tibi cordi esset ei succedere:& populi no-
stri numerosi ut nosti:curam in te assumere:gratissi-
mū mihi esse dixi:suꝑ ea re cicius cercior effici. Spera
re me siquidem nō male ꝓuisum iri gregi nostro:si te
ei pastorem prefœcerimus.In eam sentenciā ut de hoc
mentē tuā mihi significes:scripsit tibi Doctor Iohan-
nes p̄scriptus.Ego quoꝙ nuncij nactus copiam:pro
amore in te meo:facere nō potui:qn idē repeterē:ro-
garēꝙ ut intra tres hebdomadas animū tuū significa-
res.Interea auxilio mgr̄oꝝ Andreę Hartmāni:& Io-
hānis Symler:viroꝝ præstātissimoꝝ conabor remo-

rari: ne quis alius admittat. Hi em̄ te noscūt: laudātq;. Tu quoq; scribes (si cōdicio placet) q̄ tibi tēpe comodissimū sit accedere: scribem⁹ q̄q; nos: qd interea resciuerim⁹: q̄ nā a nobis die discessurus sit Plebanus: & q̄ de te Capl̄i nr̄i sn̄ia existat. Que sint plebanat⁹ emolumenta: q̄ ve onera: tū demū tractabit: cū animū tuū inclinatū sēsero. Id scio: viros diligētes et populi fauore ob famę doctrīæq; p̄stāciā subnixos: nihil detrimēti vnq; sensisse: additaq; nō mediocria pēsioni Plebani: q̄bus Mgr̄i Iacob⁹ nūc Iohānitarꝝ Prior: & Melchior kungsbach Canonic⁹ S. Thomę viri optimi: & q̄ndā Plebani nr̄i caruerūt: q tn̄ nō culpāt tpa sua. Nec ab re mihi videret: si eos q te Argētinę agentē nouert: ac tibi fauēt: scriptis incitares: ut tui noīe vel apud Capl̄m nr̄m: vel apud aliq̄s eis nociores: verbū cōmēdaciōis afferrēt. Nō possū oīa scribere: q̄ velim. Nā te magnope desidero: & tn̄ mens tua nōdū mihi apta ē. Vale & me tibi p̄suade amicissimū. Ex Argētina. viij. yd⁹ Septēbris. Anno Christi. M. cccc. lxxxx.

Cōmendaticię p̄ seipso.

Pe. Schot. noīe Magistrat⁹ Argen̄. Cardiāli S. Vitalis.

Post honorificā & debitā cōmēdacionē. Reuerēdissime in xp̄o Pr̄ ac Dn̄e singl̄arissime: immēsa benignitas atq; clemēcia Reuerēdissime V. P. quę ad nos iā puulgata fama delata ē audēciores nos reddidit ad scribēdū et supplicādū Re. V. P. in causa q̄ nobis adeo est cordi: ut si eā fauore & op̄a Re. V. P. obtinuerim⁹: ita nos vobis deuincieris: ut qd ad āpliorē obligationē accedere possit: nō sim⁹ inuēturi. Porriget ad sc̄tissimū D. N. Papā supplicacio p̄ p̄te viri honestissimi dn̄i Petri Schotti Ciuis de nobis optime meriti. Ad ei⁹ rei p̄mocionē: accomodatissimā nouim⁹ Re. V. P. quā quia humanissimam esse cognouimus: nō dubitauimus a Re. V. P. ea hūilibus obsecrare p̄cib⁹: ad quę sponte

sua reuerēdissima vr̄a paternitas est ꝓfusa & inclinata Equidem quē iuuetis: vellemus ꝑinde sciretis: ut nos ipsi ꝓspicimus. Non veremur etenī: quin reuerēdissima V. P. sine ꝓcibus parata esset: ad ꝓmocionem viri tam & moribus & doctrina insignis. Itaq̧ maiorem in modū Reuerendissimā V. P. oramus: ut in hac re nobis adsitis. Inuenietis vniuersam Rempub. nostram q̄ beneficiū hoc omne sibiipsi factū iri iudicabit: ad omnem voluntatē Re. V. P. sempꝰ obsequētissimā. Dominus omnipotens Re. V. P. in ꝓspera sanitate & salute custodiat.

Cōmendaticie pro seipso.

Petrus Schottus nomine Magistratus Argeñ. Comiti Hieronymo. N. Magnifice atq̧ generose Comes: offeretur Sanctissimo domino nr̄o Papę per presenciū exhibitorē: peticio quedam cōcepta: in fauorē venerabilis viri domini Petri Schotti Ciuis nr̄i carissimi: quę ut ad optatā cedat impetracionē: magnificēcie vestrę interuentū perq̧ vtilem salubrēq̧ esse: nō ignoramus Itaq̧ non nostris meritis quę adhuc nulla precesserūt: sed insigni illa ac celebratissima benignitate vr̄a freti: nō sumus veriti a magnificēcia vestra eciā atq̧ eciam obsecrare: ut causam hāc in munus immortale inclitę ciuitati nostrę promouere & viro doctissimo: necnon optimis moribus instituto: Ciui nr̄o opitulari velitis. Ita eñ habete: beniuolenciā omnē/ quā huic causę exhibueritis: vniuerso nostro consulatui & populo gratissimā futurā. Quippe qui nō secus q̧ si in se omnes collata sit: acceptam a vobis referre conabunt̄: perpetuo deinceps obsequendi vinculo vestrę magnificencię deninciendi.

Cōmendaticie pro seipso.

Petrus Schottus nomine Magistratus Argeñ. Cardinali. N. Post humilē & debitā cōmendacionē Reue-

rendissime in xpo Pr: munificēcia atq̄ iusticia: quā in Reuerēdissima V.P. cognouim⁹: cōfidenciam nobis singularē p̄stat: ut sepenumero q̄ honesta & nobis cō ducibilia speramus: ab eadem Re.P. desiderare nō vereamur. Queadmodū em̄ liberalis est & magnifici: honesta & grandia libēter elargiri: ita & cōstātis & de gratitudine sibi cōscij est: huiusce officia magnificēcię desiderare. Igit̄ ut ei q p̄sentes lr̄as exhibebit: in supplicacione quā ad sanctissimū D.N. ꝓ viro & doctissimo et carissimo nobis oblaturus est: fauere velit Re. V.P. ita oramus: ut maiorē in modū vix orare possimus. Erit em̄ tum gratissimū nobis: tum eciam in sese honestissimum: & nos ut obseq̄ntissimos decet: ad omnē voluntatē Reuerēdissime V.P. nos oēs subijciemus: quā deus omp̄s cōseruet.

Vt supplicacioni sanctitati suę exhibende annuere velit.

Petrus Schottus nomine Magistratus Argen̄. Beatissimo sacrosanctę Ro. se. Antistiti maximo. Post humilimā submissionē cū sacrosanctorū B. V. pedum exosculacionē. Sctīssime ac clemētissime Pr: cū diuīę celsitudini ꝓximā honoris sublimitatē: inť vniuersū mortaliū genus possideatis: quippe qui nō tam Petri successor q̄ Christi Vicarius: cū om̄i ptātis plenitudine tāq̄ corpalis orbe Deus: et sapienter & fideliter totū dei populū gubernetis: non dubitauim⁹ queadmodū apud om̄ipotentē Deū cōsueuimus: ita & a B.V. sepenumero p̄cibus humiliter desiderare: quæ et conducibilia Reipub. nr̄ę: atq̄ Ciuibus nostris: et ecclesię sanctę Dei sint nō indecora. Itaq̄ sanctissime atq̄ pijssime Pater: offeret S.V. præsenciū exhibitor: supplicacionē in fauorē viri optimi: qui & doctrina et moribus clarus est: cōceptam. Cui si B.V. annuere dignabitur: ꝑfecto et viro bene merito ꝓuidebit: et ipsi im-

mortali Deo rem q̃ gratissimã: vt arbitramur efficiet. Idcirco obnixius petimus: & potissime honestatis causa: ut solitam clemenciã in nos cõferre velitis. Quod si consecuti fuerimus: nos supra eam subiectionẽ quã sanctę Apostolicę sedi semper constantissimi maiores nostri & nos prestitimus: strictiori quodam vinculo sanctitati vestræ deuinctos nos esse cognoscemus. Statum sanctitatis vestræ fœlicem conseruet om̃ipotens deus.

Intercessio cuiusdam Cardinalis: ꝓ quodã Procuratore a Senatu Argeñ. grauiter cõdemnato.

Ol. Episcopus Sabineñ. Cardi. Neapolitanus. Io. tit. scte̾ Sabinę presbiter Cardi. de Arragonia. L. Aquilanus Episcopus S. Magnificis Viris Dominis: Magistrociuiũ & Consulibus Ciuitatis Argentineñ. amicis nostris carissimis Salutẽ. Exposuit nobis nõ sine graui querela: discretus vir Magister Iohannes Rot Conciuis vester & familiaris noster: ꝙ quędam parum honeste conuersacionis mulieres: sibi insidiari volentes: vna cum honesta muliere Elisabeth de Dunçenheim maliciose persuaserũt Conrado Dunçenheim Magistro Scabinorꝫ Ciuitatis Argentineñ. dictũ Magistrũ Io. iniurias quasdam verbales / blasphemias / & turpia cõuicia contra eos ꝓtulisse: adeoq̃ fuisse ꝓpterea predictos dominũ Conradum & Elisabeth cõtra Magistrũ Iohannẽ inflammatos: ex falsa delacione mulierũ illarum: ut coram vobis in ius ab aduersarijs eisdem traheretur. Vbi cum in termino ad respondendum statuto comparuisset: a quibusdam nobilib⁹ & generosis viris associatus: & se competenter ut dicit de obiectis excusasset. Cognito ꝙ a magnificẽcijs vestris p̃coni vestri iussi erant: ut eum comprehenderẽt & incarcerarent: ꝙ res ipsa demonstrauit: facta p eosꝫ

dem precones: nocte media ut ipse ait: ad lectum eius irrupcione. Iusto metu & in constantem virum caden te ductus: non obstante iuramento per eum prestito: ad fugiendum necessitatus fuit. Et tamen ut idem as⸗ serit: ad importunissimã partis aduerse instanciam: & inabilium testium examen. Lite insuper non cõte⸗ stata: reiectis denique defensionibus: quæ Iuris natura⸗ lis existunt: ad sentenciam diffinitiuam processistis. Quæ si ita sint: non possunt hęc in Romana Curia: apud bonos & integros viros: audiri sine admiracio⸗ ne. Quoniam cum Romę optime sit de isto Magi⸗ stratu vestro concepta opinio: non potest nõ mirum videri: Conciues a Conciuibis vsque adeo immansue⸗ te tractari. Cum igitur ipsum Magistum Iohannẽ iã dudum diligamus: pro ipsius discrecione & pruden⸗ cia cõpassi fuimus ei. Ipsumque ad pedes sanctissimi Domini nostri reclamare volentem retraximus: spe⸗ rantes cum magnificencijs vestris: hanc contrauer⸗ siam posse componere: antequã ad maiores litium anfractus deueniatur. Rogamus igitnr magnificen⸗ cias vestras ex toto corde: pro bono pacis & quietis vestrorum Ciuium: ut causam querelarum huius⸗ modi amputantes: obuiantesque scandalis maioribus: quæ exinde oriri possent: sicut bonos viros & ciuita⸗ tis conseruatores facere decet: nõ obstante sentencia prædicta: ipsum Magistrũ Ioannẽ nostro intuitu: qui pro honore vestrę Ciuitatis paratissimi semp erimus: as securetis. Procurantes quantũ in vobis fuerit: ut ad⸗ uersarij eius: cum eo de damno & interesse amicabili⸗ ter inuicem componant: vt demũ paterna vr̃a prouidẽ cia: pax & quies & caritas inter Cõciues vestros oria⸗ tur: omniumque discordiarum / litium / & scandalorũ fomes extinguatur. Quod maxime pertinebit ad officij vestri honorem & laudem: qui positi estis ut

cõseruacioni Ciuium vestrorum studeatis. Quo fiet ut hęc causa ad aures sanctissimi Dñi nostri nõ veniat qui iusticiã omniũ Christianorum: ad Apl'icam sedẽ cõfugienciũ: deserere indefensam nõ potest. Et nobis in eo rem gratissimã facietis: ob quã maxime huic vestrę Ciuitati debebimus: responsum vestrũ ad votum habituri.

Ciuitas et Senatus respõdet: & se excusat in q̃ iniuste a quodã Procuratore delati sunt.

Petrus Schottus nomine Magistratus Argeñ. Reuerendissime in Christo Pater et Domĩe: obtẽperãciam ꝓmptã: spõtaneaq; obseqa. Lr̃is ad nos supiorib' diebus pscriptis: Reuerẽdissima V. P. significauit: Mgr̃m Ioannẽ Rot familiarẽ suũ: Ciuẽq; nr̃m: eidẽ. R. P. V. nõ sine graui lamẽtaciõe cõquestũ esse: se insidiosam & nimis grauem iniusticiam propter nõ seruatũ Iuris ordinẽ: apud nos esse perpessum. In quo nos eciã in causam trahere visus est: ꝙq; ipsum ad pedes sanctissimi Domini nostri proclamare volentem Reuerendissima V. P. retraxerit: prout Epistole tenor clarius & diffusius explicabat. Nos vero tametsi arbitrati simus: nullam huiuscemodi querelam Magistro Iohanni necessariam fuisse: quippe cui nihil iniusti: nihil iniqui a nobis (uti credimus) acciderit: nec ei cum racione Ciuilitatis: nobis fidelitatis iuramẽto obstrictus existat: prout adhuc astringitur: licuisse insontes nos & immeritos deferre. Tamen immortales gracias habemus et agimus Re. V. P. quæ nos tam benigne: clementiq; fauore in eo negocio prosequuta est: desiderantes magnopere: vbi primũ opportunitas accesserit: re ipsa paratissima mente referre. Verum ne res gesta Reuerendissimã vestram P. lateat: & ut Actorum nostrorum sinceritas facilius perspici possit: summã causam breuibus aperiendam: nõ inutile duximus: quã

ut bn̄uola intelligat aure Reuerēdissima V.P. iterum atqꝫ iterꝝ obsecramus. Cōparuit anno sup̱iori corā nobis: vir honorandus dominus Conradus de Dunçenheim: Magister Scabinorꝝ Ciuitatis nostrę: & domina Elisabeth de Dunçenheim affinis eius: qui nobis non sine querulosis lamentis exponentes: intolerabilē sibi honoris & famę: iniuriosamqꝫ offensam/a Magistro Iohāne Rot illatā fuisse. Libelliqꝫ accusatorij tenorem nobis obtulerūt: & p̄sentarūt: qui inter cętera cōtinebat: quēadmodum idem Magister Iohānes Rot: post innumeras plasphemias diuinū ledētes honorem: & execrabilia maledicta in prefatā Elisabeth cōiecta: eā meretricem: vsurariā: & veneficā cōuiciando appellarit. Dominū vero Conradū de Dunçenheim: ea tēpestate Magistrū Scabinorꝝ: & precipuū vrbis nostrę Magistratū agentem: dixerit nebulonē: improbū: nequā: & flagiciosum vocitarit. Hęc ꝓbe: vel idem in effectu sonancia verba multis turpibus obscenisqꝫ adiectis opprobrijs: quę nos auditu lectuqꝫ indigna Re. V.P. iudicauimꝰ: et si oīa in Actis sint p̱ Prothonotariū vrbis nr̄e diligentissime cōscripta. Ad instanciā itaqꝫ accusatorꝝ: vocatus idē Mgr̄ Iohānes: cū nōnullis suis Dominis cōparuit: cūqꝫ libelli oblati cōcepcionē: in forma iudicij audisset. Respondens: in eo contenta negauit. Moxqꝫ subiecit ꝙ si huiuscemodi verba locutus esset: sese tum inopem mentis extitisse: & proinde accusatores deprecatus est: ut hęc indulgendo remittere vellent. Quibus accusacione & responsione auditis: litem esse contestatam: non immerito iudicauimus: & accusatorum partem rursus admisimus: quorꝝ nomine replicatū est. Se tam grauiter atqꝫ atrociter in fama & honore p̱ Mgr̄m Iohannem Rot molestatos: iniuria fuisse: ut ea nisi in seipsos crudeles existimari vellēt: hoc pacto nequaqꝫ remittē possent.

Itaq; implorare se officiū nostrꝝ: vtpote Consulum & Iudicū Ciuitatis: qui q̄d iuris esset ꝑ nostrā sentenciam declarare dignaremur. Cū igit̄ huiuscemodi eorꝝ reqsicioni: ꝓut debebamus annuissemus: ꝓgressi accusatores: ad ea ꝓbanda quę Mgr̄ Io. Rot negauerat: q̄ꝫ plures testes in medium ꝓduxerūt. Qui eciam citati & iurati: coram nobis deposuerūt. Ad quę omnia & singula actitata: vocatus fuit Mgr̄ Io. Rot Ciuis noster: ad domū/quam vna cum Coniuge sua & Liberis suis habitare consueuit. Sane quāq; accusatorum pars: ꝓ eo ꝙ maximi penderet & estimaret irrogatam sibi iniuriam: instanter nobis supplicando vrgeret: ut reus carceri manciparetur: nos tamen animaduertentes eum esse Ciuem nostrum: nobisq; & Ciuitati nostrę fidelitatis iuramento deuinctum: domiciliū/Cōiugē/atq; Liberos apud nos habere: contenti fuimus per eum nobis prestito iureiurando: quo affirmabat: se & sua vsq; ad expedicionē causę tunc pendentis: a nostra Ciuitate minime alienaret. Verū licet hoc obseruaturum se sub fide corporaliter prestiti iuramenti ꝓmiserit: abijt tamen & aufugit: nulla ad hoc eum vrgente necessitate. Quo fit ut facile atq; luce clarius intelligat Reuerēdissima V.P. veritate haud vsum esse Magistrū Iohannē: dum eidē Reuerēdissime V.P. exposuit: nocte media ad lectū eius ꝑ apparitores nr̄os irrupcionem factam fuisse. Quod quidem absq; vlla verisimilitudine confictum esse: vel ex hoc manifeste apparet: ꝙ si quoquāmodo ad cōprehensionē & incarceracionē eius inclinati fuissemus: nō nobis inquirēdū erat: nocturnū illius cubile: nec iuriiurando adhibenda fides. Quippe qui dum palam ei sacramentū huiusmodi detulimus: eadē hora captiuū illum duci iubere potuissemus. Quod si factum fuisset: nec ipse forsitan iuramento lesus: nec nos cōmenticia sua que-

rela fuissemus delati. Rursum ut ad negociū redeam⁹
accusatores qui nostrū officiū implorabant: Senten=
ciā post tot Acta ferri instantissime postularūt. Qua
in re dum q̊d iustum esset: agere decerneremus: iterū
ut iuris est: his quorū interesset vocatis & citatis: ad
Sentenciam audiēdam: aut causam dicendam: cur ea
ferri non deberet: tandem ad sępe iteratam partis ac=
cusantis postulacionē: Consules & Iudices / pro nego
cij qualitate: & exigencia facti: ex Actis & probatis
Sentenciam conceptam secundū ius / consuetudinē /
& mores hactenus in Ciuitate nostra solitos obserua
ri: protulerūt & promulgauerunt: quę trāsijt in rem
iudicatam. Quāobrem nulla ex parte dubitam⁹ Re=
uerendissimā V.P. & vniuersos quoslibet: ad quorū
noticiā hęc deducentur: clare intellecturos: nihil nos
in ea causa a iusticia & equitate alienū egisse: aut attē=
tare voluisse. Etenim nisi pro Republica nostra incū=
bente nobis officio: ad ius dicendum vnicuiq; nostrū
obnoxij fuissemus: inuocatiq; iusticiam partibus im=
partiri teneremur: facile pati potuissemus: nos ea cau
sa occupatos non fuisse. Q; autem in calce Epistolę
Reuerendissima V.P. rogat: ut Magistrū Iohannem
Rot assecurantes: curemus quantū in nobis fuerit: ut
aduersarij eius cum eo de damnis & interesse amica=
biliter componāt. Id nos ad aures domini Conradi &
Elisabeth de Dunçenheim deduximus: qui nobis re=
spondendo dixerūt: Magistrū Iohannē Rot tam enor
mibus cōtumelijs: in honore / estimaciōe / & fama sua
se immerentes & insontes lesisse: ut nullo pacto eis li=
cuerit: rem surda aure trāsire: quin pocius ꝓ honoris
ꝓprij tuicione: ad hęc agenda compulsos fuisse. Itaq;
sperare se ꝓ facinoris acerbitate: vel Reuerēdissimam
V.P. indignū existimaturā: ut ipsi qui ꝓ tam atroci=
bus iniurijs: nil nisi iusticiā inuocauerit ab iniuriatore

cōposicionē quāpiam debeāt desiderare. Cum longe videatur rectius: racioniq; & iuri magis cōsentaneū: ut ip̄e Magister Iohannes Rot eis de damnis & interesse cōpensacionem impendat. Sed hæc vtcunq; facta aut dicta fuerint: volētes deferre p̄cibus Reuerendissime V.P. verbis nostris apud dominū Conradū & Af finem suā effœcimus: ut si forsitan Mgr̄ Io. Rot: hac responsione nō contentus: in p̱suasione sua perseuerauerit: & adhuc arbitretur ip̄os: iniustū quippiā aduersum se attentasse aut egisse: debeant & velint intuitu Re. V.P. sup̱ hac causa consentire: in magnificum Consulatū alterius ex his opidoꝝ Vlmę: Colūbarię: aut Sletstat: ut corā vno eoꝝ arbitrio Mgr̄i Iohannis deligendo: peticionē suam vel amicabiliter vel iuridice intētet: responsionē nō imp̱tinentē auditurus. In q̄ certe cōdescensione: sperāt nihil aliud in se notari posse: q̄ꝫ q̄ bonos deceat & īnocētes. Quare si Magistro Iohanni in vno opidoꝝ quæ nominauimus: causam agi placuerit: super eo nominatim: poterit nos facere cerciores: & eius loci Consulatū p̄cari: ut se de causa intromittat: quod tum idem & nos Ciuiū nostrorum nomine sumus facturi. Assecuratū insup̱ eū volum⁹ & fide nostra publica tutū facimus in hunc modum: ut in locum quē vnū ex his tribus: ut premittit̄ electū nobis significauerit: p̱ficisci & venire: illic donec causa vel amicabiliter vel iuridice ventilatur manere: inde eciam ad refugia sua redire possit: nulla sibi aduersum hęc molestacione inferenda per nos / p̱ dominū Conradum vel Elisabeth sępedictos: per oīes & singlos nostros & suos: aut qui nobis aut eis sunt subiecti: aut quoquā modo attinētes: p̱ quibus nos aut ipsi respōdere astringamur: omni dolo malo & fraude seclusis. Ad hęc facienda: potissimū inducti sumus: habita racione peticionis Reuerēdissime V.P. cui q̄ꝫ p̱līmū ob

sequij/bn̄placiti/& honoris parare possem⁹: ꝓmptis‑
simo animo curaremus exhibere. Responsionem clę
mentem in scriptis expectantes.

Causam dat Epistolę sequenti.

Eximio iuris Doctori domino Petro Schotto Iohan‑
nes Episcopus Mathonen̄. degens sub habitu Ordi‑
nis Prædicatoꝝ: valitudinē ac salutē. Licet pro nunc
alijs haberē intendere curis: caritas tn̄ vestra: ac studij
diligēcia me cogit: sancti Thomę doctoris vobis trās‑
mittere scripta: in quibus vestra prudencia poterit de
lectari: cū veritatē clarius videbit resplendere. Quis
enim eius dictis nō vult assentire? cum in eo nouerit
vite sancttitatē: difficiliorem diuersorū librorū per eū
sanctā composicionem. Ex his em̄ duobus valde alijs
videtur: de eadem materia loquentibus esse preferen‑
dus: testante Arestotile summo philosophorꝝ in duo
decimo Methaphisicę. Quod quidem igitur plures
sint eorum &c̄. Ex quo passu textus trahitur: ꝙ quan‑
do sunt duę opiniones: amandi sunt om̄es eas prose‑
quentes: propter veritatis ęlucidacionē: sectandi tamē
sunt cerciores. Quod autē Thomas Scotho sit cerci‑
or ꝓbant preinducta: scilicet vitę sanctitas: & exposi‑
cio diuersoꝝ libroꝝ. Si em̄ a Scotho in suis sentencijs
verba Thomę tollant: id q̄d de Scotho restat: exiguo
tempe labor studentis caperet. Et ne ista tm̄ p me ex
cogitatu ꝓ opinione Thomistarū faciā: inducā in me
diū q̄d sacri Canones de huiuscemodi opinionib⁹ per‑
suadere videntur. Infert enim sancta mater Ecclesia
dist. xx. c. i. Quo em̄ quisqȝ magis racione nititur: eo
maioris auctoritatis eius verba videntur esse. Plericqȝ
autem tractatoꝝ: sicut pleniori gracia spiritussācti: ita
ampliori sciencia alijs precellentes: racioni magis ad‑
hesisse comprobantur. Quis autem illorum duorū
doctoꝝ præferatur meritis & gracia spiritussancti: te‑

stimoniū dat sancta mater Ecclesia: quę Thomam in-
ter cęteros celestis miliciç Ciuē ascripsit strenuū: ortū
carnaliter de Comitibus Aquensibus: nunc vero spi-
ritualiter genitū maximarū vniuersitatum Ducē: ac
præcœptorē egregium. De eis vero quid sit apud bo-
nos Christianos senciendū: qui talium adherent disci-
plinis: qui nō videntur esse missi: sed de eoꝝ ingenio
confidūt: & pferunt in mediū: quod nō a vero spiritu
sed aliunde forte receperūt. Pronūc supersedere volo:
relinquens eoꝝ discipulis Magistri viam inculcandā
defendere. Qui enim sacris Canonibus negligit obe-
dire: potest eciam in alijs suis demeritis errare. Cum
igitur vestra Doctoralis prudencia in his & maiorib⁹
valde ingeniosa sit: cum habuerit opposita iuxta se po
sita: & vtrūqꝫ bene monstrauerit: sedens inter ea tan-
qꝫ iustus arbiter: quid verius videbitur: diffiniendum
in suo tempore poterit omnibus patefacere. Ideo hic
mitto questiones sancti Thomę de malo intitulatas:
signoqꝫ posito questionē offerens. Vtrum demones
cogitaciones cordium cognoscant: ut sic Thoma &
Scotho visis quid vestræ prudenciæ videbitur: pote-
rit diligenter explanare. Hæc non egreferat. V. R. fe-
stinanter enim hęc scripsi: surgente me a prandio: nec
ad alia diuerti: offerens ut pro bona cœna velitis illa
acceptare. Valete: & omnes qui vobis cohabitant.

Scothi sentenciā affert de cognicione An-
gelorum respectu humanarum cogita-
cionum.

Petrus Schottus Reuerendo in Christo Patri: domīo
Iohanni Episcopo Mathoneñ. Post obseruanciam de
bitam Salutem vtriusqꝫ hominis dicit. Recepi a præ-
stantissima paternitate tua questiones de malo docto
ris Sancti: vna cum litteris tuis: quibus plane perspice

re potui: & amari me abs te: qui mihi tam familiariter & beniuole scribas: & insuper magnifieri: quē arbitreris in tam obstrusis sacrarum litterarum archanis versari: ut inter pręcipuos duarum theologicarū acierum Duces: ipse ego vix discipuli dignus nomine: iustus ut ais arbiter: quod mihi in re nostra verius videatur diffinire: patefacereq; possim. Procul a me sit illa præsumpcio et temeritas. Tuum est precipue Reuerēdissime Præsul: qui & sciencia & auctoritate polles nos docere: precipere: & diffinire. Nostrum obedire: discere: credere. Quare cum facile videam: te Doctoris sanctitate & doctrina conspicui: senten ciam amplecti: quis tam mentis inops: ut racionibus paternitatis tuę non moueat̄: quandoquidem eius in docendo auctoritatem extollis: cui Innocencius Papa tantum tribuit: ut quicquid eius doctrinę aduersaret̄: de falsitate eē asseruerit. Verum cum non prorsus verba Doctoris sancti intelligere videar: non sum veritus a reuerenda paternitate tua: ęlucidacionem clariorem desiderare. Imprimis siquidem quantum ego capio: beatus Thomas in eo loco/quem mihi & ostendisti: & Scothus in quarto distinct. x. arti. iij. q. ij. in so. art. iij. in principali concordant: demones cogitaciōes cordis nostri non videre: & ad hoc dicendū fortassis vtrūq; mouerunt auctoritates multæ & sacræ scripturę & doctorum sanctorum: quas beatus Tomas adducit. Verum in hoc discordare videntur: q; beatus Thomas sentit: q; voluntarie cogitaciones hominum: nō possint videri a demonibus: tanq; incapacibus quātum est ex natura cogitacionum. Scothus autē aperte dicit: q; si absolute permittat̄ quicūq; angelus malus vti sua potencia cognitiua naturali: potest intelligere quodcunq; intelligibile causatum: & p consequēs posset intelligere cogitaciōes cordiū et mysteria grę:

ex quo posita sunt. Sed dicit Magister libro. ij. dis. vij.
multa possunt ex natura sua: que nō pmittuntur eis.
Et ita supponitur: ꝙ nō permittitur Angelo malo vi-
dere secretum cordis &c̄. Hec Scothus. In hoc itaqꝫ cū
vtriusqꝫ mentē intuear: circa vtrāqꝫ dubiū mihi nō me
diocre occurrit. Nam si verum sit ꝙ Scothus dicit: ꝙ
demones viderent cogitaciones nostras: nisi prohibe-
rent. Quid ergo dicemus de angelis bonis: quos nō
est verisimile in naturalibus suis prohiberi: cum sint
in perfecta beatitudine: & tamen nec ipos videre cogi
taciones nostras auctoritates sacre ꝓbant: que id soli
deo tribuūt. Sed neqꝫ racio beati Thome satis mihi p-
suadet: quis enim admittat ꝙ demon possit species in
telligibiles in anima nostra existentes cognoscere: tñ
dicit ꝙ vsus specierū intelligibilium qui est in actu: de
pendet a voluntate. Vtimur em̄ speciebus habituali-
ter in nobis existentibus: cum volumus. Motus autē
voluntatis humane: dependet ex summo ordine rerū
quod est summū bonū. Illud aūt quod cadit sub ordīe
superioris cause: nō potest cognoscere inferior causa:
sed solum superior causa mouens: & ille qui mouetur
Per consequens voluntarie cogitaciones: nō possunt
cognosci neqꝫ a demonibus: neqꝫ a q̄cunqꝫ alio: nisi
ab ipso Deo & ab homine volente & cogitante. Hec
sanctus Thomas. Circa hanc racionem primo nō sa-
tis est mihi clarū: quomodo cogitaciōes actuales a vo
luntate dependent. Cū experiamur inuitis plerūqꝫ &
renitentibus nobis: obstrepere vim impetuosam co-
gitacionū eciā malarū: quas idcirco peccata saltē mor
talia negant: quia in eas nō cōsentimus. Nōne & dor-
miencium species intelligibiles: mille modis actuali
vsu circūferuntur: quod nemo dixerit in volentibus
solum fieri: quia aliter per somnia nuda peccaremus.
Deinde eciam si concedam cogitaciones a volūtate:

voluñtatem aũt a Deo solo moueri: non videt̃ tamen necessario propterea concludi; ꝙ ideo solus Deus & homo: illas actuales mociones videat. Nam plurima videmus: & aperte intelligimus: quę non nisi a solo Deo in esse dependent: & eciam in moueri: ut ortũ solis: vel quicquid immediate a Deo creatũ est. Fateor bene sequitur: solus Deus mouet voluntatẽ ad cogitandũ: ergo Angelus mouere nõ potest. Sed nõ sequitur: ergo si moueat̃: Angelus nõ videt. Potest fortasse ignorare qñ Deus moturus sit: aut ob quam causam. Sed q̃d ideo postq̃ actu iam mouent̃: nõ debeat videre species moueri: cũ tñ ipsas species intelligibiles intueatur: intelligere non possum. Præsertim cũ rei existenti in actu: accidit quantum est ad esse suũ: ꝙ sit ab hoc vel illo agente: sed solũ quo ad fieri variatur: ergo si nõ variatur per hoc suũ esse: ergo nec intelligi. Nec me mouet similitudo quã adducit de Rege: Prępositо: & Ciue: ꝙ Præpositus nõ cognoscat q̃d agat Rex immediate circa Ciuẽ. Non est ideo quia Rex sit superior Præposito. Si em̃ eciam inferior Prępositо qnicq̃ ageret circa Ciuẽ: Prępositus illud non cognosceret: nisi esset presens. Vnde videtur ꝙ sicut Præpositus si esset pręsens: cognosceret om̃ia quæ a Rege fiũt circa Ciuem: sic Angelus qui est presens speciebus (cogno scit em̃ eas) intelligat om̃ia q̃ Deus agit circa illas species. Et ꝑ cõsequens videtur ꝙ mouent̃: & ita q̃d cogitamus et eciã quid cogitam⁹. Nam si videt species: & videt earũ motũ: qui est entis in actu: videt q̃ sint illę species quę mouent̃: et sic percipit intuitiuę cogitaciones nostras. Ex his itaq; cum sim ambigu⁹: & ut facile credo nõ capiam mentẽ doctoris Sancti: ad paternitatem tuã Reuerende Pontifex veluti ad eũ q ꝓ doctrina sciat: ꝓ benignitate velit: ꝓ auctoritote possit omnia explanare: hanc meã verbosam & rudem respon-

sionem consultacionemq; non sum veritus transmittere. Vale.

Resposiua precedentis.

Eximio vtriusq; Iuris Doctori Petro Schotto: Io. Mathonen. Episcopus Salutem. Per presens scriptu vestram solercia ingeniiq; excellencia limpide intellexi: cum vtriusq; Doctoris dicta nuclealiter intueor vos perlustrasse: nec aliquid ambiguitatis obmisisse. Non tame vos ipse hec reserare voluistis: cum minima vobis essent: sed mihi tanq; seniori onus reliquistis. Nolui ergo prolixo stilo: ne vos tedio afficerem diucius immorari: nec in alia carta que mihi visa sunt dirigere: ut compendiosius possent per vos illa rimari. Mente ergo meam ibi incepi. Si absolute permittatur quicuq; Angelus &c. Illud est falsum: cum locucio qua inferior Angelus loquitur superiori: videtur esse quidam motus voluntatis: & intelligibile causatum: & tamen superior non cognoscit: nisi volente inferiore: ergo male dicit Scotus: q quiuis Angelus naturaliter potest cognoscere quodlibet intelligibile causatum. Item de mysteriis gracie: similiter non concedit: quia nihil habent in natura quod eis respondeat: & ipsi solum receperunt in sui creacione species rerum naturalium: naturas representantes: iuxta beatum Augustinum secudo super Genesi ad littera. Et quod obiicitur De Magistro Sentenciarum libro. ii. distinc. vii. intelligitur de potencia: per qua aliquid exterius trasmutabile transmutaretur: & non de interiori potencia: quæ est intelligere: de qua potencia iam est questio. Et cum visio beata est eis causa cognoscendi multa: que alias ex natura non cognoscerent: quia naturalia eorum non sunt ad hoc: & sic tam boni q mali Angeli: nisi modo quo sanctus Thomas declarat: cognoscere non possunt cogniciones cordium. Et sic

auctoritates sacre scripture manent in suo intellectu: prout nominant actum voluntatis circa species intelligibiles. Deinde: cu non satis claru videatur: q actuales cogniciones dependeant a voluntate. Hoc ita intelligendum est: q voluntas potest de se prorumpere in actum suu: oblato obiecto. Potest eciam cogi a summo bono: potest eciam moueri tam a bono Angelo q a malo. Cum ergo sanctus Thomas dicit: cogitaciones actuales dependere a voluntate: non intelligit de actu generali volutatis: que est exercicium actus: sed intelligit de specificacoe act9 vtriusq si sit voles vl nolens: & sic ea que sequuntur seipsa soluunt. Et postremo de exemplo dato de superiori & inferiori: est valde conueniens. Cum enim Rex & Prepositus sint superiores ad Ciuem: Deus & Angelus sunt superiores ad hominem natura: intelligencia: potencia actiua que omnia sunt vobis manifestissima. Est em exemplum quedam manuductio: ut per sensibilia veniamus ad spiritualia. Sed quia ibidem infertur: q si Prepositus semper adesset Regi &c. Sed Angelus semp adest speciebus: & motibus specierum: ergo sub qua habitudine voluntas se habeat ad eas videt. Hoc non conceditur: quia cognicio Angeli boni vel mali non est nisi vel in verbo vel per species concreatas: sed nec boni nec mali habent huiusmodi species de actuali cogitacione quo ad specificacionem actus: nisi per signa exteriora: ut tam boni q mali: vel in verbo/vt boni tm. Et hec sunt eximie Doctor: quæ de dubijs oblatis nunc sencio. Valete

Commendaticiæ pro Decano a Capitulo Argen. post longam vacacionem electo.

Petrus Schottus ex persona Capituli ecclesie maioris Argen. beatissimo sacrosan. Ro. se. Antistiti maximo

Post humilimā sanctorꝝ pedū deosculacionem: cum deuotissima sui ipsorꝝ cōmendacione. Nō ignoramꝰ beatissime Pater: qua solicitudine ac solercia laboran tibus ecclesiјs S. V. succurri velit: quave benignitate & fauore eos/qui idipm faciūt: complecti & ꝓseq cō-sueuerit. Non sumus itaqꝫ veriti: p̄cibus supplicibus humilimisqꝫ orare: ut quod necessario ꝓ ecclesiæ no-stræ insignis detrimento sūmo vitando effœcimus: id clementissima S. V. benigno fauore atqꝫ assensu suo: roborare ac stabilire dignet̄. Vacauit iam biēnio bea-tissime Pater: Decanatus dignitas in ecclesia nostra p̄-clarissima Argentinensi: q̄d cū q̄nto ecclesiæ incomo do ac dedecore acciderit: sanctitas quidem vestra faci le coniјcere potest: nos certe/quos peculiarius id tan-gebat: nō sine amarissimo cordis merore & vidimꝰ & experti sumus. Non solū em̄ ꝓpter eiusmodi vacacio nem: suborta fuit non modica iurisdicionis illius (quę ad Decanū ptinet) vilipensio: quū subditi ipsius pre-bēdariј scilicet ecclesię: & cęteri sine numero: iam ve-lut acephali & sui iuris effecti: insolencius sese erigen tes: iugū obediencie reiјcerent: odia ac inimicicias con traherent: innumera eciam quæ Decanus punire po-test: impune cōmitterent. Verū eciam cultus ipe diui nus: ac sacra mysteria: quorꝝ cura & studium ad Deca nū præcipue ptinet: iamiam negligencius agebantur ac ex diuturniori vacacione ꝓrsus cōfundi ac labi pos se verisimiliter timebat̄. Nos igitur animaduertētes: q̄d cū ex consuetudine cuius iniciј memoria non exi-stit: tum ex priuilegiјs a sanctissimis Pontificibus prę decessorꝝ S. V. ac S. Ro. ecclesia concessis & cōfirma-tis: electio Decani ad nos ptinere nō ambigit̄: conside rantes quoqꝫ: etiam si alicui p S. V. de dicto Decana-tu ꝓuisum esset: id p falsiꝰ suggestionē & surrepticiam narracionē: veritate tacita extortū fuisse: de psona prę

sertim nō qualificata: cōtra statuta iurata eccľę nostrę & priuilegia ab antecessorihus S. V. cōcessa & approbata. Quibus cauet̄: ut nullus in Decanum Argen̄. ecclesię recipiat̄: nisi sit Canonicus dictę eccľę: nobilis liber & ab vtroq; Parēte illustris: q̄dq; qlibet Decan⁹ in dicta ecclesia teneatur facere ꝓpriā & psonalem residenciā. Nos inq; hac necessitate eccľę coacti: ius eciā nobis cōpetere intelligētes: die qnta Iulij anni currentis: capitulariter & legitime ad hoc cōgregati: post maturā cōsultacionē: supplicaciōe ad Deū immortalem p̄missa: sacramētis p̄stitis de ęligendo idoneū: omniū & singulorꝝ nostrū vnanimi voto: in Decanū ecclesię nostræ ęlegimus: vęnerabilē ac generosum virū dn̄m Iohannē ex Baronū de Brandis stirpe illustri ac vetustissima ꝓcreatū: Canonicū capitularē: in sacerdocio constitutū: doctrina ac moribus conspicuum: ac alias secundū statutorꝝ nostrorꝝ exigenciā idoneū ac habilissimū: & quē ꝓfecto speramus ecclesię nostrę: comodo atq; honori in gloriā altissimi dei: saluberrime consulturū. Qui eciā ęlectioni huiusmodi cōsensit: eāq; acceptauit: & possessionē acquisiuit: quēadmodū ex supplicacōe ꝑ parte dicti domini Iohānis Decani porrigenda S. V. manifestius intelligere poterit. Q̄robrē beatissime Pr̄ S. V. humilime supplicamus: attēdere velit p̄iculū tam insignis ecclesię nostrę: si Decano carere deberet: & annuere supplicacioni dicti dn̄i Iohannis Decani ęlecti: & si cui prius ꝓuidisset: qn̄ ut scripsimus illud surrepticie extortum sit: huic de nouo ꝓuidere ac ꝑ hoc saluti eccľę nr̄ę cōsulere dignet̄: q̄d cū tēdet ad honorē vniuersalis eccľę: ad gloriā p̄cipue Dei nō dubitam⁹ qn clemēti anīo: pientissim⁹ pr̄ nobis humilimis filijs & seruis suis sit largiturus.

In contractibus vbi potissime peccetur a nostratibus.

Petrus Schottus Dño Doctori Ioanni de keiserſberg Salutē D.P. Venit ad me hodie Florencius Mug affinis meus: a quo cū ſciſcitarer: ecquid noſceret: quib⁹ cōmerciorū fallacijs Patria noſtra potiſſimū implicita eſſet: reſpondit arbitrari ſe: ꝙ multis in regionib⁹ mercatus fuiſſet: vix facile inueniri: vbi integrius Mercatores verſarentur: ꝗ̄ noſtri. Anglicos: Cymbros: Gallos: Italos: ipſos eciam Sueuos noſtris eſſe verſipelliores: & vſurariā voraginem minus cauere. Verū enim uero in quibus delinquerēt noſtri: ut ei videbatur per te tacta eſſe fere omnia. Id ſolum reſtare dęteſtandum vicium: quod noſtros ob frugum vbertatem ſępe obnoxios habet: quod tibi heri ꝑ alterum affinē meum propoſitum eſt. Quodq; mutuo dantes frumēta: vel eciā cenſus frumentarios: quaſi miſericordiā facientes diucius expectantes: tandem vbi caritas annone ingruerit: obdurato animo: oīa a debitoribus extorquent. Et nō habentibus frumenta: eſtimacionē eoꝝ ſupputāt: & redditus annuos miſeris agricolis infligūt: nō ſine damno & oīmoda plerūq; ꝑnicie miſerorū. De q̄ vicio ſi meminiſti: aliqn̄ Mgr̄ Io. Rot cōſuluit Mgr̄m Io. Symler & me: q & habet ſcriptas ſuper hoc opiniōes nr̄as. Alterꝝ viciū Mercatoꝝ & Cāpſorū cōmune cōmemorauit: in ſuppreſſione Monetę: q vbicūq; Florenū vl' nimio pōderoſiorē: vel p̄cioſiorē his/q̄s nūc cudunt apprehēderint: ſubito lucri cauſa ſupprimūt: & Monetarijs Principū venūdāt: nō ſine lucro ſui: & dāno publico vniuerſoꝝ: quia extra Patriā q̄d p̄cioſum eſt alienat̄: & vilius eiuſdē loco/opera & auxilio eoꝝ ſubrogat̄. Et ſane (ut mihi videtur) ſi in hoc Principes vilificantes Monetā peccāt: quod timendū eſt: nō ſine peccato illi eis opem ad hoc ſuppeditant. Volebam ſcribere tria verba: ecce quorſum elapſus ſum.

Doluisse de infirmitate sua. Et ordinem vitę suę narrat.

Petrus Schottꝰ Magnifico viro dño Bohuslao de Hassenstein intˀ amicos p̄cipuo. S.P.D. Q꜠ nō satis firmꝰ fueris: q̄d ad me scripsit Ladislaus presbiter Vesprimineñsis: ita me cōturbauit: ut legēs pene exaniatꝰ cōciderē. Ab eo em̄ tp̄e/q̄ me in familiaritatē acriorē admisisti: q̄ tibi obuenerint: nō aliter iudicaui atq̧ mea: verū spero clęmenciorē Deū iampridē te nobis reducem restituisse: ideo ne verbū quidē addam. Quaternas ad te iam lr̄as scribebā: quā q̧ nō nisi primas ad te platas esse cognouerim: redierūt etem̄ relique. Vt valeas: & quid rerū agas: cercior fieri vehemētissime desidero. Ego domi q̄ntū fieri potest me cōtineo: negocia forēsia penitus declino: & ꝓrsus abhorreo: quietē & tam animi amplius q̄ solicitā exercitacionē meditatus: tametsi nō desint nescio quę domesticę curę: q̄s absente Pr̄e libens suscipio: hac potissimū causa: ut ea re ab ignauia me vindicare possim. Si quę ex his libris impressi sint: q̄bus me delectari putas: fac saltē sim cercior: atq̧ adeo quicq̄d mea interesse putaueris: fac mihi significes. Q꜠ cōfidēcius ad te scribo: humanitas & b̄nuolencia causam dederunt: quæ me tibi tanta necessitudine iunxerunt: ut nō videar ampliore tibi posse deuinci. Vale.

Petit litteras. Describit labores Patris. De statu Patriæ quo ad aerē & rerū caristiā. Et de Impatore. Et de Thuricensibus.

Petrus Schottus Magnifico atq̧ Generoso domino: dño Bohuslao de Lobkouuiç & Hassenstein Bohemo: scholari Ferrariensi: Domino suo plurimū obseruando Salutem P.D. Bis ad te iampridem scripsi Bohuslae carissime: nec responsionē accepi vllam: q̄uis nihil mihi tam molestum q̄ q̄d ut valeas ignoro: & q̧

quē erga me remq; nostrā animū cōceperis lrīs nōdū confirmasti. Turbatus ad te lrās priores scripsi: vt potē qui suauissima familiaritate tua sęclusus: libris quoq; meis carere coactus: int̄ meos non vsq;quaq; lætus degebā: ita ut nō solū eis q̄ cuperē nō potirer: sed eciā molestissima nōnulla videnda tolerādaq; essent. Verum benignissim⁹ Deus clemēcius nobiscū egit: Matri incolumitatē reddidit: Prēm animo pacientē magis esse voluit: atq; in rem nostrā nō modo fautorem: sed quasi suasorē. Nempe cū animaduertat vir plurimis laboribus functus: nullā esse inter mortales gratitudinē: nō potest non existimare beaciorē esse eū/qui spem suā in Deū pocius figit: q̄ in hominē. Itaq; cum sentenciā meā ad pacem cordis ꝓpendere videat: nō solū auctoritatē prestat: sed eciā laudat. Itaq; quiecior sum: anīoq; lecior: & me libris meis/qui vix tandem appulerunt: dū ꝑ ociū licet oblecto: reliquū fere tempus Patri obsequor: & presencia mea pl⁹ q̄ manibus opitulor. Q̄obrem nō festino ut abeam: sed interim paro: dū forte quiecioribus Parentibus meis absencia mea tolerabilior sit futura: id spero: exacta hieme mihi continget. Quod vbi incœpero: clarius ad te quid & qūo & vbi discā ꝑscribā. Tu modo fac animo cōstāti sis: nam om̄ino si Deus nobis vitā cōcesserit: te mecum habere in summis optatis habebo. Si nihil me ad quietē hortaret̄/vita Patris satis supq; impelleret: opto te sępenumero: ut vnū saltē diē videas: importunā obstrepenciū cōfusionē: hinc Reipub. causam offerēciū: hinc suiipsius: hinc amicoꝝ: hinc eoꝝ q̄s nūq̄ nouit. Arbitrareris nimirū: laborē eius ab ambienciū fastidio nihil inferiorem esse. Sed hec satis. Tu fac ut ad me mentē perscribas tuam: quid agas: quid cū
incœperis: qūo tibi id quod ago placeat: quid in rem nostrā tibi cōsulcius videat̄. Hęc & si qua

alia nostra interesse putaueris: fac ad me certissime p̄scribas: id em̄ preter hoc q̄d iucundissimū mihi fuerit: eciā conducibile ꝓ ceptis nostris erit. Patria nr̄a sano quidē aere gr̄a omnipotētis Dei fruimur: frumēta & vina solito cariora reddidit tritura et vindemia parum ferax. Pacem nostrā Imꝑator solicitat. Mādatis etem̄ arctissimis omnes Imperio subditos: aduersus Vngarorꝫ Regē cogere contendit. Item cū Repub. Thuricensiū nō om̄ino sincera nobis est amicicia. Abijt hodie Pater meus legatus ꝓ Repub. nostra: atqꝫ ut obsequerent nobis: vna profecti sunt Legati / Ep̄i Argen̄: Ducis Austrie: Ducis Lothoringie: Ep̄i Basilien̄. Reipub. Basilen̄. Columbarien̄. et ceterarꝫ ciuitatū specia li nobis fœdere iūctarꝫ: ad reliqua septē coniuratorꝫ / q̄s Suitēses vocant capita: expostulaturi iniuriā nr̄is a Thuricēsibus factā. Quod si nihil ꝓfœcerint: vereor ne rumpēdo tam grandi fœdere: causa iam sit conflata: sed turbulenta mōstra his sint māsuefacienda: q secu li furibundas rōnes / certo credūt examine regi posse. Id sane cum fieri nequeat: nos studeamus (q̄ad eius fieri poterit) meliorem partē Marię imitari: ut ad ea q̄ diligentibus se Deus ꝓmisit adipiscēda: digni censeri mereamur. Vale. Si litteras ad Heinricum S. Georij Bononię tabernarium mittas: credo ad me transferētur. Fac lr̄as gręcas & latinas diligēter inuestiges: videre em̄ videor aliquid boni inde nos cōfecturos. Imprimis deū ama: cuius grām cū cōsecutus fueris: reliqua munificentissimus dabit. Dominū meū D. Ladislaū ex me saluere iube: & reliquos qui me noscunt.

Firmo sis anīo: fac Deū ut ames nitaris: lr̄is tanto diligēcius indulgeas: quanto ad beaciorē vitā sunt cōducibiliores. Cito si me amas rescribe.

Indigne se lucem ab eo vocatum esse. Et quis ea laude dignus sit.

Petrus Schottus Sigismũdo Gossenbrot Augusteñ. S.P.D. Dedisti ad me lr̃as vir ornatissime: tua quidẽ beniuolentissima natura summaq; doctrina dignissimas: me vero ꝓrsus indignas. Quas em̃ mihi laudes tribuis: nõ a virtute mea: verũ ab exuberanti illa modestia tua ꝓficisci: quisq; facile cõijceret: qui nos ambos examussim nouisset. Tu em̃ cum religiosissimus tum oĩm bonaꝝ Arciũ studiosissimus: vniuersos tibi similes esse cuperes: eosq; vel laudibus vel doctrina tua ad virtutũ præmia inuitas. Bonũ nimirũ tunc esse felicius: ex sentencia philosophoꝝ Principis arbitraris: q̃ cõmuniꝰ pluribus extiterit. Sane quẽ tu lucẽ vocitas: nondum sese caligini surripuit: idcirco ne putes alios erepturũ. Laus etem̃ istec nullo me pacto decet: quę illis modo debetur: qui sese ita composuerũt: ut egregijs facinoribus institucĩoeq; nõ vulgari: Conciues vniuersos illustrarunt. Inde perq̃ idoneę laus hęc Hectori illi Troianoꝝ omniũ fortissimo: q̃ viuo grę cia tota frustra Ilium angebat: a P. Marone tributa est apud quem Eneas in secũdo ad Hectorẽ p somnũ loquens: in hũc modum exorsus est. O lux Dardanię o spes fidissima teucrũ: quæ tantę tenuere moreꝛ quibꝰ Hector ab oris expectate venis: Hoc eciam laudis genere Persius ille Hybrida apud Horaciũ in primo sermonũ libro: solem Asię Brutum appellat. Stellasq; salubres appellat Comites. Quoꝝ ego exempla secutus Bohuslauũ illum lucem Patrię suę: pro dignissimis p̃conijs vocitaui. Ita em̃ tibi ꝑsuade: virum eum esse: qui cũ summa nobilitate summã possidet sentenciaꝝ eleganciã: adeousq;/ut Vratislao Bohemoꝝ Rege q̃ familiarissime vtatur. Nimirũ tocius regni futurus illustrator: cum ut se nõ fugit beatissimas eas Respub. Plato arbitretur: quas sapiencię studiosi regãt. Me vero ut ita appellaueris: nihil mearũ virtutum in causa

fuisse potest: quę nullæ extant. Tuum mihi dũtaxat desiderium q̃ gratissimum fuit: qui me laudibus tuis ad virtutis fastigium incitas: & impellis. Sed de his hactenus. Conabor etẽm pro mea virili: sciencias vir tutesq̧ scrutari: certum habens: sola hęc senectuti via-ticum præferre. In ea autem re quem imiter pręclario rem te: nec ipsa antiquitas preberet. Cum enim fuerit plures: qui bonarum arciũ amore/publicis omnibus negocijs sese sustulerant: quales apud Gręcos Philo-sophos tu pernosti. Apud latinos eciam M. Varronẽ doctissimũ virum fuisse legimus. Alios autem ad cõ-seruandam obtinendãve vitę sanctimoniam: pater-nis sese destituisse limitibus: antra pecijsse: nemori-bus oberrasse: & deserta coluisse audiuimus. Tu am-borum desiderio patrię tuę regimẽ: quod iustissimo examine gubernabas: deseruisti. Hicq̧ ad Argentinẽ sem nostram vrbem: omnis doctrinę & bene beateq̧ viuendi speculũ: vna tecum adduxisti. Ita/ut tibi om nes nostri Ciues plurimũ sese debere fateantur: neces-se sit. Preter cęteros autẽ amplius tibi obnoxij sum⁹: Parentes mei & ego: tum q̧ maximi facimus: tanti vi-ri qualis es amiciciã: tum ob mirã magnificenciã tuã: qua & in me & in Parentes meos semper extitisti. Nõ enim satis admirari possum: mirum ingeniũ tuũ: quo in confingenda Cruce: quam meis Parentibus dono dedisti: visus es. Nam cum omnia accomodatissime cõmentus fueris: ea tamen serie intersecuisti: ut vel al ter Labyrinthus Dedalea videatur arte cõfect⁹. Vale.

Hortatur ad diligenciam Patrocinij.

Petrus Schottus Pręceptori ornatissimo D. Thomę Vuolff: peritissimo Decretorꝝ Doctori Salutẽ. P. D. Mitto ad te Doctor ornatissime: registrũ id q̃d iampri dem dęperditum querebamur. Obtinuit Magister Io

hãnes Burckardi: dilacionẽ ad diẽ lunę ꝓximã: replicãdi cõtra excepciones partis aduerſe: vltimo loco cõſcriptas. Quęſiui te plerũqꝫ: nec inueni. Rogatũ itaqꝫ te velim: ut q̃d in rem cauſę conſulcius iudicaueris agas: & patrocinij onus: cauſa ꝓpe finita: nõ reijcias. Multũ ꝓ nobis facere videt᷑: teſtẽ ꝑtis aduerſe quartũ in ordine: ꝓductum eſſe: & iuraſſe ꝑte nr̃a nõ vocata. Vt tu in excepciõibus notaſti: quã replicacio nõ ęuellit: quę de cõſenſu partis noſtrę ponit: ſed nõ probat: nec alicui ex actis apparet. Reliqua: niſi ſi quid ſingularitas: q̃ in depoſicionibus cęterorꝫ teſtiũ cõmiſſa videtur obſtaret: ꝓ liberaciõis fauore ſuadere videret᷑. Sed quid nugas garrio? Tuũ erit inſtituere Procuratorẽ: quid agere oporteat. A me nil dictum velim: ſed liberior ſim q̃ꝫ deceat. Beneuolencia tua audenciã tribuit. Diem cum Matre abſens ero: deinde te ſi Deus volet conueniam.

Seſe libros ei ex Italia miſiſſe.

Petrus Schott⁹ Honorabili bonarũ Arciũ Mgr̃o: dño Iohãni Muller in arce Badenſi: præcœptori ſuo ſemꝑ obſeruãdiſſimo. S.P.D. Cum ad te libros hos tuos q̃ꝫ fideliſſime ꝑferri deſiderarem: celeritatẽ forſitan tranſuectionis q̃ꝫ tu imprimis cõcupiueras: nõnihil ſum remoratus. In q̃ veniã eo clęmenciorẽ ſperauerim: q̃ magis e re tua fuerat: ſaluos eos vehi: q̃ꝫ cũ ꝑiculo. Equidẽ lr̃as ꝑmiſi ad honeſtiſſimũ Mercatorẽ Vuolff kammerer: qui libros Venecijs aduectos ſuſcipet: volens de preſencia eius: & volũtate prius cercior effici: q̃ꝫ libros trãſmitterẽ. Itaqꝫ utprimũ mihi obſequiũ ſuum: lr̃is abunde ſuꝑqꝫ pollicit⁹ eſt. Poſtridie eos Bononia dimiſi: oꝑa obſequioſiſſimi Mercatoris Anthonij de Matugliano adiutus: qui Venecijs frẽm ut noſti habens: ſępenumero cõſortibus nr̃is pecunias inde Bononiam expediuit. Cum eius ſane mercibus Venecijs

mitte: cōueniētissimus modus visus est. Nec em̄: q̄d studenciū sunt: eis nisi sint Bononię: ꝓdesse oēs asse-
uerāt. Pręciū aūt vecturę vsq̄ Venecias: postea rescri
bā: vbi id Anthonio frater e Venecijs: significauerit.
Exinde aūt adeo cōmēdaui p̄fato Vuolff: ut sperauerim examussim oīa ꝓuidēda. Trāsmitto āt tibi libros
oēs: q̄s tibi mitte cupijsti Quin & Vocabulariū Gręcarū dictionū: quē duob⁹ aureis Ducatis inq̄ (q̄m ei⁹
libri p̄ciū: q̄d rarus est: minutū nōdū est) emere coact⁹
fui. Addidi & tractatū de irregularitatib⁹. Sūt āt libri
tibi missi preter hos Biblia: Rōnale diuīoꝝ: Terēcius
cū Donato: Ep̄lę Ciceronis: Liber de homine: Questiōes Scothi: Mamotrect⁹: Sala de consti. &c̄. Idem
de Iudicijs &c̄. Barbacia de pactis &c̄. Idem de accusa. &c̄. Idē de v̄. obliga. Argonauticon cū reliqs &c̄.
In sermones Horacij &c̄. Hesiodus: Regule q̄ntitatū.
Præter hos sunt text⁹ duo Digestoꝝ dn̄i Doc. Vuolf.
Item Therencius ille cū Donato dn̄i Prępositi Surburgen. Si quid in his mittēdis minus cōsulte egi: ineptitudini meę potissimū tribueris Nihil em̄ est: quod tui
gr̄a nō bn̄uolentissimus suscipem. Profusissimus em̄
animus erga te meus: nō defuerit nec languescet vnq̄
Ego quidem sanus Dei clemencia viuo. Socios nobis
habemus dn̄m Georiū presbiterū: quē nosti Vngarum. Itē quendā aliū Pānoniū studiosissimū virum:
quoꝝ societas mihi piucunda est: sunt em̄ ut honesti:
ita lr̄is studiosi: q̄d ad rem meā imprimis cōducit. Cōmētarios Abbatis Siculi: sup vniuersum Decretaliū
cōtextū: ęlegātissimis elemētis Venecijs cōfectos: ducatis duodecim emi: q mirum in modū me oblectant
Quid pluta: totus Canonib⁹ incūbo: ita/ut leges nō
p̄teream. Lr̄as tuas cū optatissimo venirēt: ad me q̄so
fac mittas. Diucius em̄ p̄ter morē: colloquiū nr̄m semotū est. Vale Bononia. Indusiū tuū longius: q̄m

ita cupiisti: mitti tibi curaui.

Diligenciā in rebus suis om̄ibus pollicetur.

Petrus Schottus Insigni bonarū arciū ꝓfessori: Mgr̄o Iohāni Muller: præcœptori suo ornatissimo. S.P.D. Frequenter a te legi lr̄as: om̄es quidē paucis: sed iucū-dissimis verbis: tuam in me beniuolenciā & spem nō mediocrē p̄seferentibus. Sup̄m ę insup quas hodie re-cepi: vasis cuiuspiā curam mihi cōmittunt. Hanc ego: dum allatū fuerit: eo mihi iucūdius fuerit suscipe: q̄ vi deor cōfidencius coniicere: Dn̄m eius vasis nō multo post subsecuturū. Precinctus equidem sum ꝓfectiōi ad ælectū Augustensem: qui dominū Doctorem kei sersberg: Mgrm̄ Io. Rot & me accersiuit. Interea tn̄ cu rabo: ne qd tibi depereat absencia mea: vel in vasis re-cepcione: vel in execuciōe primariaꝝ precū: quas tuo noīe in Baden esse intellexi: quasq̄ mihi iussi q̄ꝫ primū p̄sentari. Paucis agendū esse censuisti: itaq̄ finē faciā: si tibi puerū Gangolifum cōmendatū pseuerare: de-precatꝰ fuero. Eius Parētes & Germani valēt. Indusia cōfecerāt: sed cōsilio expcioꝝ sacius iudicauerūt: vec-ture dispēdio vitato: ipse sibi Parisius: vbi linea viliori ęre traduntur: venire paret. Mgr̄ Io. de Creyçnach: q̄ te vnice diligit: salutē plurimā tibi dicit. Idem Paren-tes mei: q̄ vna cū cōsanguineis nr̄is om̄ibus: tibi singu lariter notis: diuino munere: solita degunt incolumi-tate. Vellē q̄d sępe pecii: titulos altariū Capellaniarū tuarū ad me pscribere nō fuisses dedignatus. Nam q̄ꝫ uis bn̄ficia vacauerint: viciū tamē surrepcionis vereri oportet: q̄ minus / eciam si cętera suppetāt: nunciꝰ Ro mā mittatur. Vale.

Quanti sit apud dominū Marchionem.

Petrus Schottus Magistro Io. Muller p̄cœptori suo. S.D.P. Deamari te a Principe tuo: & maximi pendi: Prępositus Badeñ. vir p̄clarus: nup mihi verbis splen

didissimis declarauit: & ꝓinde mihi ꝓmocionē tuā nimiū tardari querēti respōdit. Nō debere me ambigere: bene & cito rebus tuis cōsultū iri. Quod vbi contigerit: erit forsitan: ut faciliori aīo tolerē amorē illū q̄ te Princeps vnice cōplectit̄: hacten⁹ nō tam ꝓfuisse fortune tuę: q̄ȝ obfuisse. Nam ut omittam illud: quod passim apud nos fertur: neminem tibi vel in Cura vel Præpositura Badeñ. prelatū fuisse: nisi te a filio suo Illustrissimo adolescente: Pater discessurū formidasset. Eciam in ea causa de qua tibi sepe prescripsi: dum opportune cętera sese offerrent: dn̄s nr̄ Nycholaus quia nihil eius emolumēti q̄d desiderabat: ex eo consequi poterat: dixit se neq̄ȝ indignacionē Principis sui ꝓmereri velle: a quo virū amantissimū dimoueret. Interim prestante semꝑ viro & nobilissimo & integerrimo domino Decano: & agente apud Nycholaū Patre meo: Magistro Iohanne Rot: meq̄ȝ ipso: nullo pacto induci potuit: ut vel ꝓmissa sua cum tanto periculo offendēdi Principis: obseruare vellet. Non possum scribere: horret animus meminisse: q̄ȝ ego tunc turbatus fuerim. Vale.

Se quandoq̄ȝ venturū. Illū voto satisfecisse.
Puerū suū cōmendat.

Petrus Schottus Iohāni Muller præceptori suo. S.D. Plura sūt p̄cœptor optime: q̄ ad te lr̄is pscribēda erāt: sed q̄m iā tandē ꝓpemodū me spero: corā te cōuenturū (modo tu nō dissuadeas) idcirco breuibus habeto. Sollicitudīe tua atq̄ȝ bn̄uolēcia quā in pquirēdis Cancellariȷ̄ scriptis adhibuisti: desiderio nr̄o adeousq̄ȝ satisfactū: ut tibi grām amplissimā habeamus. Nā quæ adiri nequeūt: frustra petebamus. Mitto vel forte premitto ad vos puerū meū Gangoliphū: quē cū viderē apud me prorsus negligi: visum fuit Parisius mittendum: vbi vel ipsa penuria adigat̄ ad profectum. Tibi

aut ita cõmiſſũ ꝓ ſingulari in me amore tuo velim: ut
q̊d videris ei expediẽcius: ſiue ut Mgr̃o alicui famule⸗
tur: ſeu ut Cameriſta Grãmaticę adhuc det opam: tu
ꝓ honore dei & cõſulere & ut fiat auctor eſſe velis. Pa
rũ Argenti iſtic reddi ſibi debet: eos inquã octo Flore
nos Reneñ. apud te obſecro deponi paciaris: & in ex⸗
tremã ſolũmodo neceſſitatẽ cõtribui. Vale.

De ꝓfectione Pariſieñ. metu peſtis: Parẽtes eſſe
mutatos. Puerũ cõmendat: ut in miſerijs viuat
id ei vtile futurum. Pulueres mittit. De gracijs
ſpem nõ eſſe: propter inexplebilẽ Curialiũ cu⸗
piditatem.

Petrus Schottus Mgr̃o Io. Muller: p̃cœptori ſuo ob⸗
ſeruãdiſſimo S. D. Nõ ſolũ certo mihi cõſtituebã: aĩo
meo ſatiſfacere: verũ eciã vſqꝫ adeo ꝓceſſerã: ut p̃miſ
ſis ſarcinulis: paratiſqꝫ vię neceſſarijs: Argẽtine mane
re integrũ iã mihi nõ eſſet: ſed in vetere ſcis eſſe ꝓuer⸗
bio int̃ offam et os multa int̃ueniũt. Poſtridie ſiq̃dem
ꝙ illa egiſſemꝰ Georius reuerſus a te: bñuolencię q̃dẽ
tuę ſingulares indices Parẽtibuſqꝫ meis optatas: attñ
mihi triſtes acerbaſqꝫ lr̃as reddidit: q̃bus etſi ſuſpẽdẽ⸗
dũ pocius iter ꝙ p̃termittendũ ſuadebas: tñ ut ẽ facile
q̊ quiſqꝫ ꝓcumbit: eo ip̃m ꝓpellere. Parẽtes noĩe pe⸗
ſtis accepto: cõtinue vas/equite miſſo: diſſuadẽte me
atqꝫ reluctante: reuehi iubẽt. Cõtendẽtes: eiꝰ morbi la
tentẽ clamqꝫ ſerpẽtẽ infectionẽ: nõ ita penitus ſolere
cõfici: ut tutũ ſit hoĩ: alteri aure aſſueto: repente ſe illo
cõferre: vbi nuꝑ viſa ſit debachari. Itaqꝫ licet tandẽ ꝑ⸗
ſuarerim: ut annuere viſi ſint deſiderio meo: ſi foret ut
ab eo tẽꝑe rem ſaluã eſſe ſignificares: tñ lectis tuis lr̃is
item beniuolentiſſimis: quas Miſneñ. ille tabellarius
attulit: illico auerſiores p̃bere aures: nihil iam vel Me
dicis vel Aſtronomis quos cõmemoras credere: pre⸗
ſencia contẽplari: futura nõ homini/ſed Deo cognita

asseuerare. Quid plura: hiemē hāc domi agi iubent: post si salubrius videbit: ꝑpessuros se: ut abeam. Hæc sunt benignissime ꝑcœptor q̄ hoc nr̄o conatu cōsecu tus sum: cōscius mihi sum: nihil me quęsisse in ea re: nisi q̄d Deo optimo maximo arbitrarer placiturum: ei visum aliter: eius volūtas nūc & semꝑ fiat: q̄ equio ri animo pacior nūc hāc meam spem frustrari: atq̧ me um hoc infringi desideriū: qui mihi suadeā fore: inani ter fortasse. Sed ꝑsuadeo tamen: ut hoc damnū animi mei: post vberiori & Deo accepciori fructu pensem: ergo ferendū est: & q̄d veteri ꝑcœpto iubemur: tēpo ri parendū: & e rerū cōdicione sumendū cōsiliū. Tui me piget vir obseruantissime: quem cura tanta affœce rim: & hodie ꝑ puerū meū molestem: is ut recte conie cisti: idcirco ꝑmissus a me est: ut venienti mihi famula retur: quare et tam modico comitatus ęre recessit: sed quoniā ut vides ęuenit: captanda mihi racio est: q̄ hie mem hāc exigere possim. Itaq̧ te qui plusq̧ paternā hactenus benignitatē exhibuisti: obtestari nō vereor: ut si q̄ modo comode fieri possit: apud te aut famuli loco: si eius vel tu vel Magister Mathias vir doctissi mus egueritis: aut in expensis non solū vilibus: sed & miseris in culina tua nutriat: modo cū tuis Grāmati cā disceret. Sin id tibi molestū esset: in Collegio quo uis: Cameristā interim Grāmaticę opam dare iuberes & ebdomales denarios pro pane atro & obsenio vili distribueret. Nec me mouet miseria: quā ut scribis ꝑ pessurus videbitur: nullo etem̄ labore qui ceteris eius cemodi tolerādus venit: immunē eum Parentes eius volūt: et quidem consilio meo: qui existimem eū in solentē nimiū et rerū imprudentē futurū: si supra su as suorūq̧ fortunas: tam delicate in alciora cōscende re deberet. Vtrūuis horꝝ ęlegeris: quāq̧ alterū malim: aut si q̄d terciū tibi ampli⁹ sedeat: tibi etem̄ rem dedo.

que sibi ꝓ istoc tpe: supra eã quã habet pecuniã neces saria fuerit: cũ scribes: addi curabo. Quare te maiore in modũ oro: ut quã in puerũ inchoasti bñuolenciam eam cõfirmes. Veste eius Nycholaus Grymmel abductorum si ei propediem vbi fieri poterit pollicetur. Quod ad te attinet: vterer monitorijs partibus: ut tibi in tam subdola morbi tẽpestate ꝓspiceres: nisi mihi plane cognitus esses. Pulueres tñ ut petisti Mater tibi mittit: qui iam magnã apud nostros fidem adepti: plerisqꝫ remedio fuerũt. Neqꝫ ꝓrsus contagio hec Iunonis pestifere expertes sumus. In impetrandis gracijs scis me minus expertũ esse: tñ sup ea re cõsiliũ cũ Magistro Vito habebo: vbi scribendi fuerit comoditas. Nihilo eñ adhuc de noui Pontificis creacione cerciores sumus. Arbitror difficile fore: ut in Collegijs nr̃is quicqꝫ rabidas illas Curialiũ fauces p̃terfigere possit. Sed id de q̃ scripsi antea in ecclesia maiore: bona spes me fouet: si cõtingeret in ordinarioꝝ mense vacacionem attingere. Vale.

Agit gr̃as ꝓ institucione: excusat se nõ redijsse Parisius. Cõmendat vrbẽ Argentinẽsem.

Petrus Schottus Domino Iohanni Scriptoris: p̃cœptori suo Parisiẽsi. S. P. D. Non potui efficere doctissime vir: atqꝫ ornatissime p̃cœptor: q̃n tandẽ nũcq̃ opportunitatẽ nactus: ad dignitatẽ tuã lr̃as darem: nõ q̃ opepreciũ aliquid habeant: sed amoris erga te mei testificacionẽ p̃seferant. Ita eñ me sibi deuinxit ꝑpetua obligacione excellens illa virtus atqꝫ doctrina tua: ut non sim veritus: ne temeritatis arguar: qui te vanis ineptisqꝫ meis litteris occupem. Quippe qui vel ingratus vel non satis beneficioꝝ memor iudicari: merito possem: si tibi gracias haberem dumtaxat: nõ autem agerem. Quãobrem doctissime vir: ita tibi ꝑsuadeas oro: si te vnqꝫ obseruaui: si vnqꝫ ut prꝫcœptorẽ op

timū amaui: omis hic amor longe nunc amplior indi-
es crescit: maiorq; efficitur. Equidem agnosco nūc cla-
rius: q̄ ex re mea fuerit: te præcœptore vsum esse: qui
& doctrinis illustribus & optimo mihi exemplo sem
per prefueris: eoq; factū est: ut mihi graue admodum
atq; molestū fuerit: dum reditus ad te atq; Parisiēsem
Achademiam interdiceretur. Optaueram etem̄ sub te
p̄cœptore: et militare et coronari. Sed qd hec queror?
Alio versa est triremis nostra: Bononiam ex volunta-
te Parentum meoꝝ pecij: atq; ibi quinquennium fere
integrum legibus indulsi; peste coactus in patriā me
contuli; rediturus si Deo optimo eternoq; sedeat in
Italiam; ꝓ cōsumandis que cœpi. Sane nondū nobis
certū est: si magister mihi ut par est venerādus D. Io-
hannes Muller quē hactenus tutorē p̄cœptorēq; ha-
bui: deinceps quoq; in Italiam diuertat. Sed hec hacte
nus. Te ego viroꝝ optime: vellem aliqñ in hac nostra
Argentinensi patria habitantem cōspicere: atq; ꝓ ho-
nore & dignitate tua abundantem. Haberes sane eoꝝ
quibus te atq; prestantissimā tuam doctrinā oblecta-
res maximā partem: aeris temperiē: vrbis amenitatē:
viroꝝ doctoꝝ atq; bonoꝝ frequens cōsorciū: et qui-
dem eoꝝ: qui te Mḡro et sciencias hauserūt: atq; vir-
tutes. Si feracitatē glebe queris: si volatiliū: si piscium
si quadrupedum nulli terrę patria nostra secunda est.
In ea queso tibi mansionē elige. Inuenies ꝓfecto vera
tibi esse promissa. Meq; ut obnoxio quatenus lube-
bit vteris. Vale.

Amicus verus q̄ntū debeat. Et rogat ut ab inquie-
tacōe amici in possidēdo Bn̄ficio desistat.

Petrus Schottus Mḡro Vito Mæler de Memmingen
Decretoꝝ Doctori. S. D. P. Amicoꝝ gr̄a omnia vel
arduissima honeste posse suscipi: veterū nos exempla
monent: modo extra turpitudinē versari possunt: q̄ si

vel p̄clarā vtilitas: vel clarum comitetur dispendium: p̄ter officiū nimirū agas: nisi amico tot⁹ adsis: atq̨ ei⁹ rem nō secus agas: ac ꝓpriā. Itaq̨ vir optime: cū causa Beneficialis quā aduersus Mgr̄m Io. Rot agis/ea sit ut tibi paruo emolumento: magno aūt incomodo aduersario esse possit: nō sum veritus: breuibus te orare: ut volūtati nō dico meę: aut Mgr̄i Iohannis: sed dominoꝝ Prępositi & Decani ecclesię sancti Thomę: virorū sane eximioꝝ cōdescendere velis. Plane nō dubito quin si innocenciā/mores/& doctrinā viri nouisses: ꝓ ea integritate qua es preditus: dignū duceres: in q̄ diuino more: gr̄a inq̨ & clemēcia vtereris. Sed hęc paucis: ne amicū videar extollere. Ego te plurimū amo: ꝓpt̄ singularē doctrinā tuā: & magnope cuperem te aliqn̄ in vrbe nostra habitare debere: verū scio id Beneficiolū nō esse tāti: ut ideo ad nos diuerteres. Quāti em̄ sit: cartula his inserta tibi explanabit. Magnis impensis cōsecutus est possessionē Iohānes noster. Tu p grām suam: tuā ut aiunt purgare potes: id si sapis facies: & meliora tentabis. Q₂ si se tutū aduersus aduersarios omnes nō forte cōsideret: si nō alia via impetrari posset: forsan Beneficiolū aliq̄d curaret haberes: ex quo fructus decē Aureoꝝ absens pciperes. Itaq̨ fac q̄ hūanitatis studiosus & humanus sis erit. Vale.

Cupit amorem instaurari. Suadet contemptum diuiciarum.

Petrus Schottus Mgr̄o Vito Mæler de Memmingen Decretoꝝ Doctori S. D. P. Non parū hęreo & ambigo: quā nam in partem accipiā: ꝙ ad me scripsisti lacessiri te a me. Siue em̄ tu sis a me tam alienatus: ut nisi ꝓuocatus: nihil deinde ad me scripturus sis: siue me tuarū rerū tam esse pertesum arbitreris: ut nisi lacessam: nō videar tuis Epistolis delectari: alterutrū ex nobis violatę amicicię reū fieri necessariū est. Mihi enim

cū ignorauerim hactenus: q̄ nā in loco degeres: arbi-trarium nequaq̄ fuit: litteris meis amiciciam nostram fouere. Tu aūt qui me non ignorasti: iampridem co-modo potuisses: lr̄is tuis solari: quod licet tandem fœceris: cum iucundissimam alioquin Epistolam ad me dederis: tamen hoc vnum non coherere videbatur: ut tanq̄ inuitus aut deses: lacessiri desiderares: qui si me amas vti amasti: vltro promptissimus ad scribendum esse debueris. Ego mi Doctor nō vulgarem amorem esse iudico: qui inter bonas litteras inchoatur: pręser-tim ab his/qui assidua audicione integros & ꝓbatos mores coniungunt. Quare cum ab eo tempore/quo te noscere incipiebam: te talem esse semper iudicaui: non mediocri: sed eximio quodam & singulari amo-re: te sum prosecutus. Nam & me pari beneuolencia mihi quidem gratissima: a te videbam amplecti. Sup-est igitur ne facile paciamur frigere: tam suauē nostrū amorem: quod difficile non fuerit: si vno & cōmuni voto viuentes: ad parandam salutem nostram anhe-lemus: & tantundem temporariarū facultatū admit-tamus: quantū nobis ad illam perpetuam beatitudi-nem adipiscendam: sufficere credamus. Pluribus em̄ impediri nos: pocius q̄ iuuari: omnes litterę sacrę te-stantur. Ideo ad te scribo: quia inter eos versans: quos nescio/quæ habendi cupiditas om̄es fere obcecauit: adeo/ut caducam hanc & momentaneam dignitatū & prouentuū accumulacionem: illi eternę & immor tali fœlicitati preferre non vereantur. Pluribus vterer: si de consciencia tua dubitarem: sed hec monuisse: ad amiciciam nostram vel maxime visum est pertinere. Nam si idem velint amici: tam vere amici sunt: cum ut bene velint: ambo laborant. De his hactenus. Cō-mēdasti prēm Nycholaū kageñ. litteras quas a te red-dendas cœpit vidi: eum (q̄ inter veniendum mortuus

est) non vidi. Cōfido quia virū optimū ędicis: optime nūc habeat. Tamen tui grā si quid potuissem: impē-dissem ei & operā & opem. Quod reliquū est nō me tibi cōmendo: sed cōmendatū arbitror. Vale.

Laudis sui ꝑtesum visum esse.

Petrus Schottus Euchario Grosshug Ioannite. S.D. Constitueram vbi primū immēsum hoc Eulogiorum volumen susceperam: id ad te continuo remittere: neq̧ pati apud me diucius senescere tantas laudes: cum quibus parū admodū cōmune haberē. Euestigio em̄ cōtrarię volūtatis testacionē interponi debere: Paul⁹ Iuriscōsultus monet: nisi factū nō improbare velim⁹ Verū cū admonēdi mei gracia: exercendiq̧ tui: hunc laborem suscepisse cognouissem: ne viderer p̄cœpta floccifacere: volui diucius te p̄cœptorę niti. Etenim si ut Demostenes ait: erubescere nos eciā cū vere lauda mur decet: quo colore impudenciā meam tegerē nō videbam. Vale.

Agit gracias: qn̄q̧ relaturus.

Petrus Schottus Euchario Grosshug Ioannite. S.D. Ago gracias vir prestantissime: si possem eciam referrem. Verum id ei demandabimus: cuius res agitur: neq̧ enim pro immensa benignitate sua facere potest quin tam accuratam in ꝓmouendo cultu sui diligenciam mercedis im munē perire non sinat. Nec idcirco tamen minus a me: si quę reddendi facultas apud nos est: mutuū expecta. Deū ꝓ me ora. Vale.

Petrus Schott⁹ Adelpho Rusco viro primario. S.D. Felicitate tua atq̧ benignissima humanitate audēcior fio: quo minus verear: ex obligato obligaciorē me tibi cōstituere. Quare nisi tibi molestū sit: Titū Liuiū Romane historię principē: ad me mittas obsecro: rediturum vna cum Tortellio: vbi primū tibi cordi fuerit. Vale.

Consolacio in mortem Patris sui Godefridi Equitis aurati.

Petrus Schottus Eximio Iuris vtriusqꝫ Doctori domino Gottifredo de Adelçheim maiori p̄rm venerando Salutē.D.P. Tristi nos admodū nūcio turbasti Doctor insignis: quib⁹ significaueris eiuscemodi virū vita functū esse: qui non solū tibi fratribusqꝫ tuis nobilibus viris mœstissimo plāctu: utpote piētissimis filijs: verꝫ eciā vniuersis Rheni accolis: qn et toti Germanię grauissimo mętore lugendus esse videatur. Necqꝫ em̄ tam vobis filijs suis ornamenta & dignitatū & emolumentorꝫ amplissima parauit: ampliora si sup̄uixisset paraturus: q̄ꝫ consilijs facundia ductuqꝫ suo principes subinde duos victoriosissimos: atqꝫ latissimarū regionum populos (ut paucissimis plurima complectar) milicię domiqꝫ summis honorū ac glorię accessionibus prouexit. Itaqꝫ si luges vir prestantissime: si lugent mater ac fratres tui: mirandum est minime. Siquidem & nos quoqꝫ: Genitor inqꝫ meus: nostriqꝫ om̄s: quos ille beniuolencia singulari complexus est: incredibili tristicia affecti sumus. In primis autē Zesolfus Patruus tuus: eiusqꝫ Coniunx soror mea: qui licet ip̄i modū dolori nō videantur ponere: vos tn̄: Genitricē inqꝫ vestrā/preclarissimā matronam: ac te/Germanosqꝫ tuos: hortātur et orant: id quod & nos cęteri vehementer obsecramus: racione velitis mętorem compescere: atqꝫ id quā maximā consolacionē M. Cicero putat: in ore ac animo semp̄ habere: Homines nos ut esse memineritis/ea lege natos: ut aliquādo e vita discedamus: neqꝫ esse recusandum: ut qua condicione nati sumus: eam subeamus: ne ve tam grauiter eos casus feramus: quos nullo consilio vitare possumus. Id sane vel vnum lenire mętorem debebit: q̄d quū ætatē nō m̄ltis cōcessā attigerit: post tot tn̄ egregia grauiaqꝫ

confecta facinora: prius mortali hoc carcere euaserit: q̃ inuidia: que benemeritorum virorum graciam crebèrrime solet tandem euertere: obnixius in eum liuoris sui virus effunderet. In hoc nimirum beatus: ut de hiis que ad christianã pietatem pertinent: queq̃ et ego longe precipua puto taceam: quod in summo principis fauore/honore omniũ: eum finem attigerit: ut filios quoq̃ suos/heredes non tam opum sibi reliquerit: q̃ honoris & glorie superstites conspexerit eximios: te precipue/quem iam & doctrina & dignitate ornatum videre contigit. Vale.

Circa preces regales quid attemtandum.

Petrus Schottus Gottifredo de Adelzheim. I. V. Doctori Preposito Vuimpineñ. Salutem D. P. Fuimus nudiustercius in Vuasselnheim apud Zeisolfum fratrem tuum: virũ & prudencia & beniuolencia prestãtissimũ: a quo dum de status tui condicione sciscitarer: intellexi te in presenciarum confluencie residentẽ bene valere: quo mihi nec accepcius quicq̃ afferre potuit nec iucũdius. Dixit deinde te velle/ut si q̃d apud nos Beneficium/quod vigore precum regalium sperare possis/in mense ordinariorum vacare contigerit id adipisci conemur: sin in mense papali: supersedeamus. In quo cũ ego te dum presens esses intellexerim nihil omino tentari debere ante sedis Apostolice corroboracionem: de qua nihil adhuc certi nobis constitit: nõnihil subdubitare cœpi: num id consultum esset: Nam preces ille quæ ius tibi tribuunt: nõ sunt ad certorum mensium collacionem restricte: & facilius forsan possessionẽ adipiscaris prebẽde: quã expectãs apostolicus: q̃ eius quã nomĩatus a Canonico cui omnes capitulares iuramẽto assentire cogunt acquirere contẽdat. Sin aũt nõ tam iure q̃ metu regio ecclesias

ad morem gerendũ cõpellendas esse censeas: vide obsecro quid agas. Neq̃ enĩ tam facile ut vereor terrebũtur: nec si territe tibi acquiescerent: idcirco tecũ bene actum esset: quũ non sit id ostium quo in patrimoniũ Christi cõmunionẽ deuenire debeamus. Amo te mi Doctor: ita tamen ut animę tuę salutẽ pręcipue desiderem. Non igitur agam quicq̃: nisi prius mentẽ tuã in his intellexero: & quæ iuste agi posse confidam: si nõ ero ipse idoneus alios p̃ teq̃ cõstitutos procuratores ea agere paciar. Vale.

Comites ac Duces vię scribit sibi affuturos: modo rescribat armatos an inermes desideret.

Petrus Schott⁹ Venerabili patri Emerico: sedis Apostolicę nuncio dignissimo. S. D. P. Venerabilis Pater desiderio vestro quod hesterno vesperi ad me obtulistis: Genitor meus se morem gesturũ ꝑmittit. Quare indubitato sitis animo. Curabit enĩ: ut crastino mane apud vos sit: peritus eius vię qua tenditis: qui volũtati vestrę in omibus obtẽperare debebit. Id vnũ scire cupit: armatũ desideretis: an inermem: Nam et si qnq̃ pluresve qui vos manu forti comitarent̃ desiderare tis: ait Magistratũ hui⁹ vrbis ob reuerenciã sedis Apostolice: & amorẽ vestrũ: nequaq̃ denegaturũ. Itaq̃ super illo cercior a vobis reddi desiderat. Valete venerabilis Pater & maior: & me solito complecti amore ne cessaueritis.

Petrus Schottus Venerabili ac religioso patri Emerico Kemel: ordinis fratrũ Minoꝝ de Obseruancia: & nuncio Apostolico: maiori plurimũ honorãdo. S. D. Quoniã ꝑspexi Pater venerabilis: in tam arduis grauibusq̃ cõmissis tibi negocijs: quibus apud nos Cõmissariũ Apostolicũ agens purgebaris: cõquisiciões tamen veritatũ te non solũ admittere: sed eciã amare: & ut videre videbar eiuscemodi collocucionibus te

quasi laborum lenimentis delectari. Idcirco non sum veritus assumere partes viri insignis & doctoris sacrarum lrarum Io. de keisersberg in ecclesia Argeñ. pdicatoris regij: & nõnulla ad P. T. deferre: quę vel p incuriam psenti tibi tradita nõ fuere: vel tute p comodiori discussione: susceptę per te prius materię mittenda tibi desiderasti. Nosti vir pclarissime çelũ eius quẽ prius nominaui doctoris: quanto feruore p gloria dei decertet: quanta cõtencione corripiat. Neq3 em̃ aliter talenti sibi cõmissi rõnem: domino satisfacientẽ reddere se posse cõfidit: nisi se ponat murum contra iniquos: & in his precipuũ errorem detegat: quę sub pallio vel statutorum vel cõsuetudinis relata: iusticie cuiusdam faciem apud imperitos & eos puicaces induerunt. Verum qm̃ ut nõ ignoras: periculosum est enũciare: eciã in his quæ certa videntur: propter emulos eos: qui ut caseum habeant: hoc est cadentem excipiant: eciam corui laudare nõ verentur vocẽ: voluit ut cũ ipse alijs distringeretur: ego ad te his litteris vel pauca expromerem: super quibus peritorũ et quorum fidem incõcussam arbitrareris: respõsum ad nos mittere: propter Dominum cuius res agitur: non te pigeat. In primis igitur in causa eorum qui vltimo supplicio plectendi veniunt: quoniam cupijsti intelligere: quid Doctores Vniuersitatis Heydelbergeñ. sentirent: si quatuor diebus apud nos abitũ distulisses: corã vidisses & Theologorum & Iuristarũ cõcordem sentenciã: eiuscemodi psonis: dũmndo pœnitenciæ signa exhibeant & desiderent: Eucharistię sacramentum nequaq3 esse negandum. Sed sunt & alia: quæ licet nõdũ in concertacionem talem deducta sunt: tamen ne contingat rursus veritati contradici: cum in medium ut necessario ita constanter proferetur: petit eximius ille Doctor: eadem dei gloria cõmotus: ab doctis & autoritatis mag-

ne viris: animo solidiori & cerciori firmari corroborariq̧. Sunt ergo hec inter cętera dubia principalia. Statuto ciuitatis Argentiñ. cauetur: q̄ intrans religionem non possit de bonis suis: quantumcūq̧ diues: deferre ad Monasteriū plures q̄. C. libras: quę faciunt prope. cc. aureos Reneñ. reliqua cogitur relinquere heredibus ab intestato. Iterū Statuto cauetur q̄ Ciuis Argentiñ. occidens peregrinum seu forensem. i. non Ciuem: liberatur ab om̄i punicione soluendo. xxx. solidos: qui sunt prope tres florenos Reneñ. qui tamen si eidem q̄uis forensi furaretur quid modicū: laqueo suspenderetur. Q̧ si vero quispiā eciam Ciuis Ciuem occiderit: q̄uis vim vi repellat: cū moderamine inculpate tutele occiditur. Item Statuto cauetur: q̄ non potest testamento vel donacione causa mortis aliquid relinqui: eciā locis sacris: vel ad pias causas. Vtrū igitur taliū statutoꝝ cōditores vel manutentores sint in statu salutis: Item dant fidem publicā seu saluū cōductū contra iusticiam: ita q̄ taliter conductus: non teneatur stare iuri. Item talias/pedagia/& teolonia exigunt a clericis passim: eciā de rebus victui necessarijs: ut vino & frumēto. Item rusticanā q̄ndam imaginē: in sublimi sub organis: in ecclesia maiori collocarūt. Qua sic abutuntur. In ip̄is sacris dieb⁹ Pēthecostes: quibus ex tota dyocesi populus ꝓcessionaliter cū sc̄toꝝ reliquijs: deuociōis & laudādi dei gr̄a canens & iubilās: matricē ecclesiam subintrare cōsueuit. Nebulo quispiā se post illā imaginē occultās: incomptis motibus: voce sonora: prophana & indecora cantica eructans: veniencium hymnis obstrepit: eosq̧ subsannādo irridet: ita ut nō solū illoꝝ deuocionē in distractionē: gemit⁹ in cachinnos vertat: sed & ip̄is clericis diuīa psallentibus: sit impedimēto: immo diuinis missaꝝ solēnijs (quas nō lōge inde celebrare cōtingit) ecclesiastici

immo diuini cultus çelatori lõge abominandã et exe-
crandã afferat ꝑturbacionẽ. Item Mgr̃ ciuiũ locũ suũ
habet in eccl'a maiori: in q̃ passim respõsa dare: et par-
tes corã se vocatas audire: item illic cũ alijs cõfabulari
consueuit: eciã tempe q̃ in ꝓximo p sacerdotes misse
celebrantur: qui tanto murmure et strepitu turbant̃.
Item & alias irreuerencias locis sacris faciũt: ementes
& vendentes in porticu templi: cũ & ille locus sit con
secratus. Et pullos porcos & vasa p ecclesiã eciam sub
diuinis ferẽtes: ea deambulacõe plus diabolo q̃ꝫ Deo
obtẽperãt. Item specialiter a festo S. Nycholai vsq; ad
octauas Innocentũ: puer induitur ornamẽtis Episco-
palibus: & Collectas in ecclesia canit: dat benedictio-
nes publicas: & laruati q̃ꝫplures in ecclesijs: omne ius
& equũ ꝑturbant. Item diei Dominico vel abusu cor-
rupto sic abrogatur. Statutus em̃ est ille dies: ut in eo
et nõ in alio / pistores exteri maximã panũ congeriem
om̃i & solo illo tpe: q̃ populus diuinis amplius vaca-
re deberet: venalem habeant. Item qualecũq; festũ in
feriam sextã occurrerit: eciã si beate Virginis fuerit: tñ
forũ publicũ nõ interdicit̃. Hęc om̃ia cum viro çeloso
stomachũ moueant: cercior fieri cupit primo quid in
eis senciendum esset? An omnes talia agentes: vl' qui
possent nõ impediẽtes peccarent mortaliter? Deinde
an ipsi: cui Prædicacionis officiũ Epi loco cõmissũ est
tacendũ sit an contradicendum?

Monet ad diligenciã lr̃is adhibendam.

Petrus Schottus Iohanni klytsch de Ryxingen. S. D.
A patre tuo lr̃as capis: itaq; de tuis non facio mencio-
nem. Nos bene habemus Dei virtute: tu ut bene ha-
beas: & ꝓfessioni cui cœpisti opam & diligenciã pro-
bam impẽdas: cura. Nihil est q̃d a te vehemenci⁹ desi-
deramus: nihil q̃d tu tibi salubrius in hac etate possis
prestare. Vale.

Munus a se missum: gratū fuisse: grãs agit.
Accessione fortunę congaudet.

Petrus Schottus Amico. N. S. D. P. Acceptum tibi munus nostrū accidisse: adeousq; voluptuosum mihi fuit: ut omne id quod inde sperauerim: abunde supq; visus fuerim retulisse. Etem̄ sum vehementer letatus: tantillū munusculi contra tot beneficia / quibus me tibi deuinxisti: vel aliquid nominis potuisse mereri. Itaq; parem tibi graciam habeo: qui id nō spreueris: eis / quas tu mihi lr̄is beniuolētissimis egisti. Neq; em̄ verbis quantūcūq; officiosis: tuam benignitatē superare possem. Sed hęc missa faciamus. Ego accessioni tue plurimū sum gratulatus: p̄cipue / q̄ video nullum tibi iam ad Presulatus apicem cōscendendū: intercedere gradum. Quæ vtcūq; vsu venerint: agēde pocius humanitatis & bñuolencie erga me tuę q̄ imminuende: racionem te suscepturū spero. Equidem ne dubites: nil vnq̄ cōmittam: q̄ minus tui amantissimus puter. Tu modo verba quibus te Argentinā inuisurum p̄misisti: re ipsa si comodum erit comprobare velis. Vnū te vehementer orarem si non vltro id te facturū cōsiderem: ut Bohuslao viro ut optimo: ita carissimo mihi: si nondum firmior sit redditus: curam adhibeas Vereor em̄ ne (q̄ morbo) egritudine animi quam ex morbo cōtraxit: amplius conficiatur: quāq; iampridē quę dei est benignitas: cōualuisse eū sperem. Vale.

Graciarum actio p̄ munusculo.

Petrus Schottus Amico. N. Salutē. D. P. Quid de munere tuo amplissimo loquar: q̄ susceptionem nostrā ornare voluisti: nam si vel Apicius ip̄e coquinari⁹ rei p̄fuisset edulio nr̄o: non sapidius ampliusue cōducere potuisset. Gloriā em̄ pariter & volatiliū: & pedibus nitenciū ad nos trāsmisisti. Ait Marcial̄ in Xenijs suis. Inter aues Turdus si quis me iudice certet: Inter

quadrupedes gloria prima lepus. Nec est q̃d dicatur: de Turdo loquitur nõ de Perdice: quia si Perdix Turdo et sapidior et preciosior: ut omniũ fere opinio est: Turdũ autẽ suo iudicio inter edulia prima posuerit nos non immerito Perdicis ei incognitũ fuisse saporẽ putabamus. Hec sane munera: quãq; municipali Argentinensiũ lege vetitus sim suscipere: ego autem tibi et suo et meo nomine gracias habeo: et ago immortales. Relaturus vbi amplior mihi comoditas affuerit. Tu si quid est in rebus meis vel libris: q̃s hic fere nullos habemus: vel alterius cuiusuis generis: eis ut tuis vtere. Vnum a te peto obsecro & obtestor: ne mihi des vicio: qui tardus adeo tuis litteris responderim. In causa enim fuit: incredibilis amicorum notorumq; ad me concursus: meaq; a paternis ędibus quotidiana fere exulacio. Ita enim ab amicis ad cœnas & prandia vocor. Vale.

Mittit crumenã vacuam pro munere Romam.

Petrus Schottus Amico. N. Salutem cum suiꝑsius cõmendacione. Ne vel plurium beneficioꝝ mihi ꝑ dignacionem vestram impensorũ ingratus: vel mei polliciti inmemor existimer: crumenam hanc multorũ nũmoꝝ & capacem & indiguam: amoris mei monumentũ mitto. Quę quãdo multo mihi tucius visa est inanis q̃ farta Rhomã per medias hostiũ insidias labi posse: nõ erit ꝙ causemini: vos inani theca donatum: presertim cum non ignorem: minori admodũ opera Patrocinijs vestris implenda fore: q̃ oracionibus nostris. Valete.

Spem facit inhabitãdę q̃nq; Argentinę.

Petrus Schottus Amico. N. Salutẽ D. P. Lr̃as quas a te iãpridem accœpi: nõ inuitus equidẽ legi: elegancia em̃ & suauitate tua magnopẽ delectabar. Rogas

equo anīo paciar: te rebus tuis cōsulere. Atqui ego id nō modo nō impediā: verū mihi crede: si qd tibi opa mea ꝓspici posset: ꝑ viribus ut bene esses: et ut nobiscū esses efficere conarer. Sum em̄ vehemēti q̄dā in te amore accensus: id q̄d antea quoqꝫ ad te scripsi: ita ut nō ꝑuā felicitatis meę ꝑtē hac in re versari putarē: si te vrbem nostrā incolētē viderē. Q̄obrē maiorē in modum gaudeo: te viris optimis atqꝫ maiorib⁹ meis plurimū venerādis: Prępōsito inqꝫ et Decano scti Thomę tanta necessitudine iunctum esse. Spero etem̄ per te illos propediem in vrbem nostrā nō solum inuitādum: sed eciā ꝑducendū fore. Inquies quid ergo impedis? Sane si Decanū audiuisti: intellexisti probe/in rem tuā cōducibilius esse assentire cōdicioni quæ tibi offert: quā ad te dn̄s Prępositus nūc scribit: illi vero cōtra dispendiosum admodū a possessione te impensis parte cadere. Hęc ut vera sint credo distinctius ad te dn̄s Decanus iampridem scripsit. Itaqꝫ hęc missa facio. Vnū te rogo: ut hūanitatis tuę ad finē vsqꝫ nō obliuiscaris. Quid a te petamus: scribēt hij q̄s dixi. Tu votis nr̄is: si ut spero annueris: cōciliabis tibi amicos plurimos. Deo immortali obsequeris. Me atqꝫ meos ita deuincies: ut non sint inuēturi: q̄ tibi grām referre possint. Me ama: et rogo lr̄as tuas: qm̄ mihi sunt iucūdissime: interdū ad me dare velis. Vale.

Cōmendaticię.

Petr⁹ Schott⁹ Amico. N. S. D. P. Cū ad vos ornatissime Mgr̄: ꝓfectur⁹ esset vir venerabil' Mgr̄ Iohānes Syfridi: Pleban⁹ scti Martini Argeñ. dn̄s et Pr̄ me⁹ sūmopere obseruād⁹: existimauit cōmendaticas lr̄as meas/quas ad vos Genitoris mei nomine darem: plurimū sibi profuturas esse. Etsi em̄ ꝑuulgata iam de vobis fama didicerat: vos ad impendendā miseris opem: naturali quadam humanitate inclinatū esse: iudicauit tm̄

amicorũ pcibus animũ pmoueri. Atqȝ his tũc maxie opus esse: cũ is qui petit: non vsqȝquaqȝ notus est ei: q rogatur. Itaqȝ venerabilis Magister: vos obsecrare & obtestari nõ vereor: viro huic reuerẽdo: in his / quæ a vobis petit: obsequi velitis. Etẽm rem honestam: & p q necessario auxilio egentẽ postulat: & quę vobis nõ nisi ad summũ meritũ: erga immortalẽ deum cedet. Plane dedisset ad vos pculdubio lr̃as suas: ipse meus honorandus mihi Genitor: si domi fuisset. Verũ ego id verbis suis polliceri possum: causam hanc ob cuius intuitũ modo inquietamĩ: tam sibi cordi esse: ut si qd in ea pficui bonitate vestra effectũ fuerit: maximi momenti gaudiũ sit inde sumpturus: neqȝ ingrate cõmẽdaturus memorię. Valete.

Oracio ad Generalem ordinis Predicatorꝝ.

Aduenisse te in vrbẽ nostrã Pater amplissime vniuersa hec ciuitas mira cõgratulacione gaudet: siquidẽ ex p̃sencia tante doctrine auctoritatis atqȝ sctĩmonie patris adornandã sese & pinde ac a sidere celesti illustrãdam fore: nõ indeuota psuasione cõfidit. Verum sup ceteros mortales incredibilem cordis leticiã: quam ex aduẽtu p̃stantissime pa. tue cõceperũt deuotissime filie tue: Priorissa atqȝ sorores Cõuentus sctĩ Nycholai in Vndis vulgo nũcupati. Ad te me interp̃te nõ tam enarrari q insinuari voluerũt. Plane gestirent admodũ ipe sese cõspectui tuo p̃sentes exhibere: atqȝ veneracionẽ debitã / submissam humileqȝ obedienciã nõ modo verbis: sed exteriorib⁹ quoqȝ gestibus p̃seferre. Sed neqȝ tu id exigis Reuerẽdissime pater / neqȝ pfessio id patitur sua. Nam cũ mulierculas omnes vagari minus deceat: Sãctimoniales ut nosti neqȝ septo claustrorꝝ pedem efferre sine piaculo licet. Itaqȝ quod ipe nec possunt nec debent demandarũt viris his magnificis nobilibusqȝ / atqȝ inter proceres vrbis huius ppe

modū primarijs. Quos quidē honestate deuinctos sibi atq; obnoxios adeo reddiderūt/ut ꝓ honore huiusce sororū nullā prouinciā nō sint subituri. Eis inq; p̄stantissimis viris demādarūt/ut hac in re vices suas assumētes/primū aduentui Reuerēdissime paternitatis tuę: necnō honestissimi tui comitatus gratularent atq; officiosissimā piamq; reuerenciā sororū nomine denūciarent. Deinde ut cōmendatas tibi filias tuas cōuentū & substanciā suā omnē habere velis: te maiorē in modū obsecrarent. Id igitur ut facias p̄r amplissime orant te filie tuę: orant hi nobilissimi viri: orat & vniuersus ferme populus Argeñ. qui integritate ac sanctimonia atq; oracionibus earum sororꝝ maximopere apud deum adiuti/eas singulari fauore nō immerito complectunt. Adeousq; ꝓfecto/ut quicquid paterne bñuolencie in sorores sancti Nycholai quas dixi Reuerēdissima pa. tua sit impēsura: id nō minori gratitudine sint acceptū habituri: q̄ si in quēq; ex se huiusce beneficiū collatū foret. Breuibus aperui Reuerēdissime P̄r cur venerimus. Tuū erit q̄d cōfidimus: ut pro innata humanitate/mansuetudine/et clemencia/tam honestam peticionē tantorum virorꝝ impetrasse nos declares. Dixi.

Petrus Schottus Ad honorādos Religionis Premōstratensiū ꝓfessos: Breuiarij cōmendacio.

Indicata vobis iā ab exordio fuerīt Venerādi atq; optimi p̄rēs: Religionis vr̄ę fœlicissima incunabula: viuēdi modus integerrimus ostensus: atq; vestimētorꝝ cādidus ornatus: ipsa Virginis gloriosissima designacione premonstratus. Inde siquidē Premonstratensium vobis inditū est nomē. Quobrem grata nobis admodum atq; accepta esse debebit: pia & Religioni vestrę magnope cōducens solicitudo: venerabilis ac religiosi Patris Berchtoldi Durr Abbatis Monasterij Adel-

bergensis: diocesis Cōstancieñ. Qui ut tam preclare inchoatus: tam candidus ordo: in oracionibus Canonicis: quas monastica cōtemplacio pfectissimas exigit nulla errorū caligine: nulla dubiorꝝ obscuritate desu-scaret: Breuiariū horarꝝ Canonicarꝝ: quibus immortali deo psallere soletis: accurate colligi: collectū emēdatissima lima castigari: ac deinde castigatū in Argentina inclita Eluecíorꝝ vrbe imprimi curauit: idqꝫ primus omniū suo ductu monstrauit. Id vnū sane a vobis omnibus postulans & orans: ut pij eius in Deum studij inter orandū memores: ea attencione: ea diligēcia: oracionū & laudū sacrificia Deo offerre conemini: qua ipe impssionē hāc integerrimā: omibusqꝫ gratissimā esse desiderauit.

Aguntur gracię sacerdotibus quibusdam qui suis oblacionibus animā defūcti in celū euehere conati sunt. P.S.

Immortales nimirum gracię nō solum agende vobis essent Patres amplissimi: sed eciā reuerende: qui funerales Viri huius & genere & virtutibꝰ nobilissimi exequias: tam freqnti tāqꝫ honesto cōuentu celebraueritis. Verū cū diuinis humana: caduca perpetuis / vicē prestare nequaqꝫ possunt: quibus obsecro verbis: ne rebus dicam: equari poterit vis & efficiēcia sacrosanctę illius hostię: quę tociens hodie per prestācias vestras eterno patri est oblata? Ab eadē igitur vobis expectāda est retribucio: pro cuius gloria & hec acta sūt & que cuncta bona fiunt. Eam qꝫ graciam ut vobis libencius Dominus elargiatur: fœlix ut spero anima illius optimi: Patroni dicam an Patris: suffragijs vestris in conspectum altissimi subuecta: vicem reddēs facilíꝰ impetrabit. Quod si forte adhuc humana labe non prorsus purgata: ampliorum subsidiorum indigua fuerit: ex re nostrū omniū fuerit: eo celeriora ar-

denciorac̨ꝫ afferre remedia: quo Patronum fideliorē/ properanciorem c̨ꝫ in celestibus desideramus. Quod & ipsi et omnibus nobis p̄stare dignetur: qui viuit & regnat Deus ꝑ om̄ia s. s. Amen. Dixi.

Præclare dictum.

Ne quis opum honorumve accessionibus insolescat: ecce vir venerabilis A. R. Sanctorum Petri Fritzlariēn. Mauricij Moguntinēn. & N. Minstermeyfelt Treuerensis diocesum ecclesiarum Prępositus: huius tamē fidelis Decanus: ad. xvi. kalendarum Ianuarij. Anni ab incarnacione Dominica. M. cccc. lxxxiij. tantillo conclusus est tumulo.

Graciarum actio per Petrum Schottum facta his qui primicijs suis interfuerūt.

Immortales nimirum gracię: non agende solum: sed & referende vobis essent amplissimi Patres & prestātissimi viri: qui inicialem hanc illibatę victimę immolacionem: tam humanoc̨ꝫ tamc̨ꝫ celebri Conuētu honorare decorarec̨ꝫ statueritis. Sed quemadmodū cū in cęteris: tum in hac re pręcipuum: laus omnis & honor non ad nos: sed ad eum pertinet: sine quo nil sancti/nil honesti/nil boni vel inchoari potest vel perfici. Ita & benignitatis vestrę merces ab eodē ipso speranda vobis est: qui virtutum omniū munificentissimus est retributor. Ipse igitur clementissimus Pater quem in me hodie glorificare decreuistis: vos omnes in semetipso ęternitatis honore sublimare velit. Non habeo viri cęleberrimi q̄d vobis hoc vno maius imprecer: nec locus iste pluribus nos vti patitur. Q̄obrem breuibus & cōmendatū me dignacionibus vestris facio: & ad vicem pendendā pro viribus paratū. Dixi.

Vt ꝓmoueant̄ frēs Prędicatoꝝ Capitulum celebraturi in Pfortzheim.

Obsecro ꝓpter deū: & si quid apud te p̄ces meę valēt qm̄ frēs p̄dicatores ꝓuincię teutonicę celebraturi sūt Capitulū in cōuentu Pforçensi. dn̄ica Cantate ꝓxima Conuētusq̨ ille ob paup̄tatē / alere tātā cōgregacionē nō pōt: presertim quū ob ęlectionē Prouincialis pluri mi sint cōfluxuri. Hortari velis populū / ut patri q̄ ob elemosinā colligendam missus est: liberalis esse velit. Etenim p̄ter id q̄d mihi pater ille singulari necessitu⸗ dine iunctus est: quippe qui mihi Bononię aliq̄t an⸗ nos pater spiritualis fuerit: cui eciā q̄dāmodo id nomi ne tuo pollicitus sum. Eciā causa ip̄a fauorem exigit: mendicātes em̄ mendicant: & hi boni & q̄s dicimus obseruātes. Litteras & Vicarij & Ep̄i nr̄i: ut collige re & intimare possint. Item lr̄as ꝓuincialis eoꝝ q̄ mil⸗ le missaꝝ: & omniū bonoꝝ spiritualium fratrū dictę Prouincię ꝑticipes facit ad hoc contribuētes: ne te gra uarem mittere nolui. Ipse venirem: sed oportet inter⸗ esse Nonis. P.S.

Vt ꝓmoueať quedā paup̄cula frenetica.

Rogatus a matrona quadā publice misericordię: te rogo eximie Doctor: mulierē quandā multoꝝ libero rum matrem: alioquin mēdicam: nūc post infirmita⸗ tem in phrenesim lapsam: ita ut de p̄iculo filioꝝ m̄sti timeant: ne forte manus eis inijciat. Eam inq̨ elemo⸗ sinis populi cōmendare velis: quas ante ostiū ecclesię expectabit: ut scilicet cōduci ei possit: p̄sona eius curā & custodiam agens. P.S.

Legit pater lr̄as mihi p̄ heredem istū redditas: & con⸗ silio alioꝝ habito: habet q̄d consulendū esse videť isti siquidē secundū iuris p̄cipue municipalis ordinē no⸗ lit rem suam negligencius agere: quare ut clarius sup̄ ea re colloqui possitis: qm̄ is quē res illa tangit simpli⸗ cior apparet: non ab re fuit: si tu vna cū eo cras ad ho⸗ ram septimā domū nostrā petatis audituri quid facto

opus esse videatur. Vale. P.S.
Expedire asserit Mgr̄ Martinus plebanūs S. Thomę ut tu & ego singulatim cōscribamus: quid librorꝝ nobis datum sit in solucionem summę a Nurenbergeñ. Impressore nobis debitę: & quantū ęris adhuc insolutum restet: ut id quocꝫ cum cęteris rōnibus Nurēbergam mittere possit. Si licet post prandium ad me mitte: & ego illi feram. P.S.
Dubitat corrector huius loci: qui iam imprimendus est: num existencia omnia: an aliter in loco cera signata esse debeat. Ego quāqꝫ non inepte sic relinqui posse iudicem: quādo participiū exuti accusatiuū post se paciatur: tn̄ nisi tibi grauius extiterit: perspicias oro quemadmodum Crisostomus tuus habeat: idqꝫ mihi hoc vesperi dicas. P.S.
Si habes aliqua loca quę tibi explorari velles in terra sancta: conscribe in scedula & domino B. mittam. Affer tecum ad cœnam. P.S.
Suadet Mgr̄ Iohānes Symler ut visitacionē chori hoc mane deuites: causam ipe tibi pacto prādio coram explanabit. P.S.
Has lr̄as trade dn̄o Andreę: & Parentes meos ac me dn̄o nr̄o Augustēsi hūili submissiōe cōmēda. P.S.
Si nō sit molestū: oro ꝓ salute animarꝝ & vtilitate fabricę ecclesię sancti Petri iunioris: denūciare velis populo indulgencias papales maximas: quas hodie illic consequi possunt. P.S.

Consultiua cuiusdam casus.

Frater Daniel Argeñ. Prouincialis ꝓuinciarū Rheni & Sueuię: ordinis sancti Augustini. Percelebri & circūspecto viro dn̄o Petro Schotto: I. V. Doctori redimito: p̄ceptori suo venerādo. S.D. Eximie Doctor: est casus deuoluēdus ad me uti ad iudicē: trāsgrediēs scienciā meā ac theologię facultatē: quare ad vos do-

minum meũ/& vtriusq; Iuris redimitum: ac Docto=
rem recurro pro cõsultacione. Est quidam subditorũ
meorum: qui in quodam loco vbi vigebant indulgẽ=
ciȩ anni Iubilei: & auctoritas Pape scdm̃ tenorem Bul
larum: & is cõscripserat pro memoriali: peccata & ca
sus forte tocius vitȩ suȩ: ut sic plenam faceret confes=
sionem. Quidam hoc memoriale reperit in libro ei⁹
& subtraxit: & videns esse manus eius scripturã quã
nouerat: seruauit illam scedulam: et hoc mediante per
se & alios: impingit sibi infamiã: quam per illam sce=
dulam conatur probare. Est autẽ pars scedulȩ sic con
tinens. Nota de furo floreni in Mulhusen. Queritur
vtrum iudicandum sit scdm̃ illam accusacionẽ & pro
bacionem? Secundo vtrum ille infamans: incurrerit
aliquam pœnã correctionis: qui sic dilatat infamiam
istius? Et peto in hijs informari. Et cum placuerit col=
loqui: hora & loco per vos prefixis cõparebo. Demũ
si lumen scienciȩ vestrȩ nõ vellet ponere sub modio:
sed super candelabrũ: ut luceret eciam alijs: vellem vo
bis cõmittere causam aduocacionis titulo: cum pro=
uisione debita: pro patrocinio iuris: in Moguncia cõ=
tra Consulatum opidi Friburgẽ. Brisgaudij: de qua
locutur⁹ sum. Valeat dñacio vestra mihi exoranda.

Responsiua ad precedentẽ.

Petrus Schottus Venerando in Christo patri Danieli
sacri ordinis Augustiñ. per Rhenum & Sueuiã Pro=
uinciali bene merito: maiori suo plurimũ obseruãdo.
S.D.P. Querit a me venerãda paternitas tua de duo
bus: quȩ vt breuius/compendiosiusq; rescribam: re=
petita velim haberi. Quod ad primũ attinet: iudican
dũ ne sit scdm̃ actionem furti: & probacionẽ eius: per
clausulam in memoriali quodam per ip̃m reum con=
scriptã? Dico q̃ sencio: clausulã hanc. Nota de furto
floreni in Mulhusen: nihil omino ꝓbare cõtra eũ qui

scripsit. Nam cū in omi causa: ꝓbaciões debeāt de necessita concludere c. in p̄sencia. de ꝓba. l. necꝫ natales. C. e. ti. l. nō hoc. C. vnde le. cū si. p̄cipue tñ in actiōib⁹ criminū/ nō ex cōiecturis aut signis leuibus; sed idoneis testib⁹: aptissimis documētis vel indicijs ad ꝓbacionē indubitatis: & luce clariorib⁹ iudicādū est ad cōdemnacionē l. sciāt cūcti. C. de ꝓba. Sed cui dubium est hęc verba: Nota de fur. flo. in Mulhusen nō continere indubitatā cōfessionē furti: Potuit em̄ esse ꝙ forte suspectū aliquē habuit furti: vel furtū alteri⁹ celauit q̄d tenebaẗ manifestare c. q cū fure. extra de furt. Vel si sacerdos est: furē cōfitētē negligēci⁹ aut impericius instruxit: Aut aliq̄d tale. Ex qb⁹ apte cōstat verba hęc nihil ꝓbare cōtra scribentē: p̄sertim cū possint habere plures intellect⁹: & in dubijs ad absolucionē ꝓmpciores esse debeam⁹ l. absentē: ff. de pe. l. Arrianus. ff. de ac. & ob. Eciā cū odia sint restringēda c. odia de re gu. iu. in vi. l. cū qdā. ff. de lib. & posth. Possem plura adducere: si aliquid dubij in hac parte subesse putarē. Deinde dū quęris: An ille infamās incurrerit aliquam penā correctiōis: ꝓpterea ꝙ dilatauit infamiam illius. Nō possum videre: quō nō videaẗ & cōtra iura & cōtra charitatē fraternā egisse. Primo em̄ eciā si verū eēt q̄d dicit furē scilicet illū esse: tñ si non ordine charitatis sed cōuiciādi & infamādi libidine id ꝓpalaret: iniuriā ei facere censereẗ: ut est decisio cōmuniter Doctorum in c. fi. sup̄ q̄rta glo. post Ostień. ibi extra de iniuŕ. Et Io. An. in addi. Spe. in ti. de iniuŕ. §. i. post principiū. Deinde in eo ꝙ surripuit illi alteri scedulam eam: ex libro eius: si id animo lucrandi fecisset: furti tenereẗ. Quia autē infamandi causa surripuit: tenetur damni aut iniurię l. si quis testamentum. §. fi. ff. ad l. acquil. Ita decidit Bar. in l. qui tabulas. §. sed siquis. ff. de furtis. Propterea ab eo quē tam graui crimine suggillare

conatur iniuriarum conueniri potest: & quia infamā-di libidine hoc propalat: & quia inuito domino scedu lam maxime secretam archanamq; contrectat ut ostē sum est. Et hoc verum adeo / q eciam si in iudicio legi-timo hanc causam ageret: & probacione deficiente ca deret a causa: posset tamen iniuriarū conueniri ab eo: qui absolutus esset. tex. in l. si tibi. ij. C. de libera. cau. in l. iij. & l. siquidē C. de iniurijs Vol. Io. An. in add. Spe. in ti. de accusatore ℣. credebam q hic esset. Erit autē pœna arbitrio Iudicis taxanda: habita rōne eius damni & interesse: quod passus est ille: propter irro-gatam iniuriam tex. est institu. de iniur. §. pœna &. §. in summa. Seuere pœnę per Canōes statuuntur ī eos qui fratres falso calumniantur & eis detrahunt. in ca. ex merito & c. detractores. & c. infames vi. q. i. Quę forsitan in causa nostra locū habere possent: p̄sertim cum non longe hoc crimen abesse videatur ab eo: p quod famosi libelli reperti p̄dunt̄ in publicū. De quo habetur v. q. i. per totum. Sed hęc quasi tumultuaria quadā lucubracione congesta: pericior. experciorūq; iudicio nō iniuria subijcio. Tibi Pater optime vbi vo lueris obsequar. Causam aduocacionis de qua scribis negocia alia quibus distringor: assumere me non pa-ciuntur. Vale.

Petitur responsio: si vltimo supplicio plectēdis: sit Eucharistia ministrāda.

Petrus Schottus ex p̄sona dn̄i Alberti dei gracia Epi-scopi Argen̄. Bauarię ducis Lātgrauijq; Alsacię Viris Insignibus atq; doctissimis Rectori & vniuersis The-ologice atq; iuridice Facultatis Doctoribus pręcelse Vniuersitatis Heidelbergen̄. Salutē. Ad pastoris cu-ram id imprimis p̄tinere noscitis viri p̄stantissimi: ut accurata solicitudīe inuigilare studeat: ne quis errorū inuolucro: cōmissus sibi popul⁹ intricet̄: p̄sertī circa

Sacramentorum ecclesiasticorum administracionem: quando quidem nihil sit pernicíosius plebi Christianę: quam de his ipsis falsum sentire: in quibus precipuum animę pabulum ac fulcimentum consistit. Plane cum diebus superioribus in Ciuitate nostra Argentinensi: non mediocris altercacio oborta fuerit: super ea consuetudine: quę illic hactenus obtinuit: ut his qui extremo supplicio plectendi damnantur: quamuis contriti confessique: signa poenitencię manifesta exhibeant: Eucharistie tamen salutifere sacramentum denegetur. Alijs quidem/in primis autem celebri sacrarum literarum doctore: Magistro Iohanne de Keisersberg vice nostra in ecclesia nostra Argen. Prædicante: abolendam commutandamque in melius suadentibus: utpote que iuri scripto sit contraria: & animarum saluti minus conducat. Alijs autem quasi rationabilem pro vtilitate publica: prescriptam continuandam censentibus. Insuper & ea re: non modica in subiecta nobis plebe: scandala suboriri animaduerterimus: visum nobis fuit: eos quos nobiscum habebamus earum rerum peritos: per Vicarium nostrum fore consulendos: e quorum responsione: solidę atque indubitatę veritatis cerciores efficeremur. Verum cum eorum scripta dissonancia deprehenderimus: nullum pro elucidacione veritatis: cercius grauiusque testimonium: comode nobis obuenire posse arbitrati sumus: quam si auctoritas Doctorum: Magistrorumve: quos vtraque facultas vestra famosissimos habet: ei parti quam iuri consentaneam sentiret: accedat. Sunt enim ut nobis relatum est: vobiscum responsa eorum: qui apud nos ut diximus: super his scripserunt. Eorum igitur rationibus pensitatis: facillimum vobis existimamus: veritatis iudicium offerre: atque per subscripcionem singulorum: ut numerosius: ita ponderosius iusticie adminiculum prebere. Quobrem obsequamini obsecro: his nostris vel pocius veritatis precibus: quae vestra potissimum opera in medium sublimari desiderat. Nec vos pigeat: pro ea parumper lucu-

brare: ꝓ qua tutanda: nec sanguini suo maiores nostri pepcerũt. Pluribus suaderemus: si vos minus ꝓcliues ambigeremus. Equidẽ ꝓ ea cõfidencia: quã erga vos gerim⁹ p̄stãcias vestras ut fide maiore dignas: & veri-tatis defẽsande studiosiores oĩb⁹ Regionũ nr̃aꝝ gym nasijs p̄elegimus. Ea ne nos fallat ꝑsuasio: eciam atq̃ eciã obtestamur. Nec veritati per vos nobis apertę in creduli: nec acceptę bñficencie ingrati futuri. Valete.

Vt tandem scribat sentenciã suã in q̄dam dubio: amore veritatis.

Petrus Schottus ex ꝑsona dñi Alberti Ep̄i Argentiñ. p̄clarissimis viris Rectori & vniuersis Theologię Iuri dicęq̃ facultatis doctoribus: eximij studij Heidelber-geñ. Salutem. Ante exactos menses aliquot: explana cionẽ veritatis cuiusdã: atq̃ eius Magistralẽ ęlucida-cionẽ: a vobis ad nos mitti: lr̃is nr̃is desideraui⁹: freti imprimis amplissima fama: quę de vr̃a auctoritate ad modũ apud nos vulgata est. Verũ tametsi diu p̄stola-ti simus: atq̃ responso indies magis atq̃ magis videa mur egere: nihil tñ adhuc cõsecuti sumus. Quare ex cellencias v. iteꝝ volumus oratas: habeãt racionẽ pri me & sũme veritatis: ad cuius honorẽ ꝑtinet: quicq̄d ꝓ cuiuslibet veritatis tuicione ęlaborat: & ꝓinde sen tencias vestras & responsa ad nos q̃primũ trãsmittite Vel certe si id vobis nõ sit anĩo: cerciores nos reddite: neq̃ eñ lõgiores moras hęc res patit̃. Quippe cũ to-lerata falsitas insolẽti ꝑuicacię ansã ut aiũt suppeditet: ꝑniciosi⁹ se offerẽdi: ceterosq̃ soluẽdi. Q̃obrẽ ꝑsuasi oni vr̃e quã de vobis optimã cõcepim⁹: morẽ gerite. Conabimur etem̃ efficere: ne ingrati videamur: sed et grãm & gloriã dabit is: cui⁹ res agit̃: op̄s de⁹. Valete.

Responsio Petri Schotti ad Questionẽ ab Ep̄o Argeñ. ꝓpositã. Si vltimo supplicio plectẽdi: sint Eucharistię sacramẽto comunicandi.

Quãq̃ non ignoro questionis huius decisionẽ: a q̃plurib⁹ & pericia & auctoritate me sup̃iorib⁹ inquiri. Insup tam claram & aptam esse: omibus ecclesiasticarum constitucionũ vel parũ peritis: ut nõ tam raciocinacionibus: q̃ dilucida sacrorꝝ Canonũ inspectione patescat: tñ ne videar posthabere, iussa Reuerendissimi Præsulis nr̃i: id q̃d sencio breuib⁹ apire conabor.

In primis dum in dubium venit: an venerabile viaticum: ad mortem condemnatis: sit concedeudum?

Vt intelligam⁹: vnde resolucionẽ ambiguitatis aucupari cõueniat: anĩaduertẽdũ arbitror. Q; licet institucio sacramẽti Eucharistię: et eius comunicacio: sint iuris diuini: utpote Euangelici. Lucę. xxij. cum si. tamen determinacio tẽporũ & personarũ: quę & quando illud sumere debeant: est ex ordinacione iuris canonici positiui. Talia enim quę circa illud sacramentũ Christus non expresse disposuit: reliquit Apostolis et Ecclesię constituenda. c. liquido. de cõsec. dis. ij. Hac siquidẽ auctoritate emanauit. c. omis vtriusq;. de pe. & remissi. cũ multis similibus. Cũ igit̃ vis questionis nr̃ę: sup hac determinaciõe tpis & p̃sonarꝝ verset̃: discussionẽ eius nõ aliunde fieri posse iudico: q̃ si sacrosctõs Patrũ Canões de hac mat̃ia disponẽtes: audiã⁹.

Sane reperio generales cõstituciões q̃plures: quib⁹ omibus Christifidelibus: eciã si comuniõe sint priuati: tñ in articulo mortis: si pœnituerint: sacramentum Eucharistię non solũ nõ negandũ: sed eciã necessariũ esse statuitur. Hęc habentur & p̃bantur in c. pœnitẽtes. l. dist. ij. q. i. in primis post prin. in. §. ecce si clericus. i. q. i. in c. accusatores. xlvi. distin. in c. virgines. xxviij. q. i. in c tanta. lxxxvi. distinc. in c. eos. iij. q. x. in ca. Aurelius. cum octo c. sequen. xxvi. q. vi. in c. quod in te. de peni. & remiss. in c. p̃mittimus. de sen. ex. Ex quibus aperte satis inferri posset; p̃ cõclusione

questionis: q viaticũ talibus nõ esset negandũ. Licet em̃ iura p̃allegata de eis specifice non loquant̃: tamen nec opus est; nec fieri potest: ut generalis constitucio casus singulos specificet. l. nõ oĩm. ff. de legi. Satis est in illa generalitate: tales non esse exceptos. ar. l. p̃cipi-mus. C. de appella. l. sancimus. C. de testa. Incũbet ergo dicenti cõtrariũ: ostendere vbi eis ꝓhibeat̃ comunio. Vbi enim lex non distinguit: nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de publi. cum similibus.

Sed quia clara inspectione Canonũ: questionẽ hãc determinari dixi. Adducitur tex. in c. quesitũ. xiij. q. ij. vbi noĩatim his: qui in patibulis suspẽdunt̃: in fine comunio dãda esse statuit̃. Comunionẽ aũt sancti Patres viaticũ nominauerũt c. qui recedunt. xxvi. q. vi.

Similiter in c. ij. de furtis dicit tex. q si fures & latrones cõprehẽsi: cõfessi fuerint: comunio eis nõ negat̃: & tñ latronum pœna est capitalis xxiij. q. v. c. non est crudelis. l. capitaliũ. §. grassatores: &. §. famosos. ff. de pen. cũ si. Eciam furtũ nouo iure ut. §. si quis. v̂. solidos. in. t. de pace tenend. in usi. feud. Accedat tex. in c. sup̃ eo. de here. li. vi. vbi hereticis qui iam sine audiẽcia relinquũt̃ seculari potestati: si penituerint: Eucharistia nõ negatur: & tñ nullũ crimen & in se & in pœna enormius est heresi. c. quid in om̃ibus xxxij. q. vij. facit. c. vergentis de here. iunc. l. quisquis. C. ad l. iul. maiest. Facit. c. quid aũt. xxiiij. q. iij. c. primũ. xxij. q. ij. Insup̃ tex. in cle. i. de peni. & remiss. disponit q moneri & coherceri debent iusticiarij: ut vltimo supplicio deputatis: nõ denegent pœnitencie sacramẽtum. Et dicit glo. Io. an. idem de Eucharistia. Allegat tex. optime ꝓbantẽ in c. quod in te. de peni. & remiss. vbi p̃ generalẽ quandã interp̃tacionẽ & declaracionẽ disponẽs Inno. iij⁹. In illo inquit verbo: p̃ q̃d pœnitẽciã morientibus nõ negamus; viaticũ eciã q̃d vere pœni

tentibus exhibetur: intelligi volumus: ut nec ipm de cedentibus denegetur. Plane maxima id racione intptatū esse videtur: quia nō requirit maior diligencia ad digne comunicandū: q̄ ad secure moriendū ut dicit Doctor subtilis Scotus li. iiij. dis. ix. Per poenitēciā em̄ omne peccatū delet. de peni. dis. iij. c. inter hoc ij. Non impediente ergo peccato: nisi aliud canonicum obstaret: quod in pposito nō apparet: merito talibus post poenitenciā conceditur Eucharistia c. si nō tanta de cōse. dis. ij. cū similibus. Presertim imminente iam pegrinacione: ad quā hoc sacramentū viaticū saluberrimū est & necessariū c. is qui de corpe xxvi. q. vi. Quobrem nō video: si non solū tenorē iuris scripti: sed & racionē animaduertere libet. Quādoquidem poene tempales nō in odium psone: sed delicti fulminentur utpote ne impunitus aliis incentiuū tribuat delinqndi c. est iniusta xxiij. q. iiij. cum si. Immo ut plurimū a Deo infligant: ut p eas anima salua fiat c. quid ergo xxiij. q. v. pcipue in his que inter flagella poenitenciā agunt. §. autores de peni. dis. iij. Quare quā saluam esse desideramus animā: salute sua priuamus? & quē ut p peccatis satisfaciat punimus? Illo efficacissimo satisfactionis numismate (c. si quociensc̄ūq; de consec. dis. ij) fraudamus? Immo nulla nos ad hoc cogente lege: poenas quas restringere Iura docent ampliemus? Quod quō fraterne dilectioni congruat: viderit hij quorū auctoritati hec cōmittunt. Sed de his hactenus Non em̄ nisi patentes constituciones adductur ū me: sum pollicitus. Que cū aperte sonent: ut supra osten sum est: sacrilegij nimirū instar crimen esset eas in dubium reuocare ar. l. disputare C. de cri. sacrile. Quantūcunq; em̄ subtiles argumentaciōes in mediū adducerentur: tamē decretis Patrū nō prepōderarent c. ne innitaris de consti. cū si. Quapropter neq; doctorum

opiniones adducere curaui. Inter eos enim: quos ipse vidi: nullum reperio: qui non certum esse ex constitucione ecclesie putet condemnatis ad mortem: Eucharistie sacramentum non negandum. Eos ut arbitror & copiosius & clarius recitant alij: sup hoc articulo requisiti. Similiter et si que rones aut tex. apparenter cotrariates textibus supra adductis adducantur: satis mihi responsum videtur p glo. & Doc: ideo no insisto. Ad vnu tn quod allegatur q impediretur execucio iusticie: tamque tales immunitatem consequerentur p comunionem corporis Christi. Optime respondet glo. in d. c. quesitum & Doc. in c. sane de celebra. missa. q priuilegium ecclesie non debet trahi ad consequenciam: p iura que adducunt. Et posset hoc confirmari. Primo: quia extensio casus expssi ad non expressum no fit: nisi ex psumpta tacita mente legis: que cessat: quando ex disposicione iuris apparet contrarium: quemadmodum in pposito ut patet intuenti tex. in d. c. sup eo de here. li. vi. qui vult q hereticis sacramentum Eucharistie cocedatur: & nihilominus / sine vlla penitus audiencia: relinquendi sint iudicio seculari: quod no fieret si immunitatem consequerentur. Secundo: quia licet illa extensio priuilegij ecclie ad corpus Christi esset fauorabilis capto: tn quia esset cotra aliu fauorem: scilicet celerem execucionem iusticie: in q vtilitas publica versatur: ut in prima costit. C. in fi. l. Ita vulneratus. ff. ad l. acql. io no fit extensio de casu scripto ad no scriptu: ex idemptitate ronis ut est doctrina Lud. de Ro. in repeti. aut. similiter. C. ad l. falcid. xiij. carta. p glo. in c. que a iure de regu. iur. li. vi. Obijcies forsitan contra conclusionem de c. si quis epm ij. q. iij. & c. Epiphaniu v. q. vi. vbi statuitur q qui falsis criminibus Epm / presbiterum vel diaconem impecierit: eciam in fine comunione priuetur. Sed hi textus interpretacionem recipiunt ab alia consti. ut intelligantur nisi resipuerit: ut dicit tex. in c.

eos qui.iij.q.ix:Nam non est nouum ut lex ad legem trahatur: ut euitetur correctio l.non est nouum.ff.de legi.c.cum expediat de elect.li.vi. Per hęc igitur non ego:sed constituciones Patrum quęsito responderunt.Nec obstat c.placuit.xxiij.q.v.vbi prohibetur ne pro his: qui pro sceleribus suis moriuntur: vlla fiat in oblacione cōmemoracio. Respondeo enim vel quod intelligitur de illis: qui in actu scelerato interimuntur:ut in adulterio vel furto iuxta c.ij.de furtis.Nam si indistincte intelligimus: pro nullo in oblacione memoria fieri debebit: cum quisquis moriatur pro peccato ca.placuit igitur.de consec.dist.iiij. Vel secundo prout ibi in tex.Gracianus glo.&Docto.intelligunt loquitur de pœnitentibus.Nam alias ad litteram cōtradiceret iuribus preallegatis: præsertim c.quesitum.xiij.q.ij.Ex his patet q̄ scdm̄ veritatem Iuris scripti:condemnatis ad mortem comunio Eucharistię nequaquā sit neganda. Sed quid si consuetudine longi temporis oppositum sit seruatum: Vtrum possit operari:q̄ sic condemnatis viaticum nō debeatur: Videtur q̄ sic:quia cum sit prescripta eciā est racionabilis:ad terrorē scilicet delinquencium vsurpata: ergo &c. Sed breuibus denudando sentenciam meā: dico iudicio saniori saluo:q̄ consuetudo de qua loqmur: nullius possit esse roboris & momēti. Et ad hoc moueor primo per D.cle.i.de peni.& remissio. vbi iniūgitur locoꝝ Ordinarijs:ut abusum hūc damnabilem:eciā p censuram ecclesiasticam extirpent.Et sic reprobata est consuetudo per legem ergo amplius induci non potest ut vult Bar.in l.de quibus.ff.de legi.per aut.nauigia.C.de furtis.Et licet cle.illa loquatur de sacramento pœnitencię tamē glo.ibi &Doct.oēs sēciūt p interp̄tacionē legislatoris in c.q̊d ī te.e.t.compħēdi eciā Eucharistię sacramētū.Quod si dicat

aliā & diuersam esse rōnem. Q ñquidē penitencia sit de necessitate salutis: nō sic Eucharistia. Respōdeo ꝙ eciam Eucharistia dicit̄ in articulo mortis necessaria: ut est tex. in c. si quis de corpe & c. de his vero xxvi. q vi. facit c. i. de celebra. missaꝝ in ✓. necessitatibus. Et si allegetur in oppositum illud Augustini in c. ut quid de conse. dis. ij. Crede & mādūcasti. quasi iuuat sacramentalē sumpcionem Eucharistie nō esse necessitatis sed dūtaxat spiritualē. Dico scdm̄ mentē glo. ibi cōcedendo: ꝙ cū p aliquem nō stat quo minus sacramētaliter pcipiat: si credat & sit in gr̄a: eius spiritualiter particeps efficitur. Sed simile est eciā in sacramēto pœnitencię. Nam si p aliquē nō stet q̄ minus cōfiteat̄: si intra se cōterit̄: sufficit contricio eius c. is qui infirmitate cū seq. xxvi. q. vi. & sic vtrumq; sacramentū necessariū est: & si in nō in actuali suscepcione: tamē in mentali desiderio. Cum ergo eadem sit racio: merito iuris disposicio non erit diuersa &c̄. Deinde adduco racionē aliā. Ex inabili ad suscepcionē alicuius sacramēti: consuetudo nō potest facere abilē & idoneū patet in c. noua de penitē. & remissi. vbi nulla cōsuetudine pōt induci: femīas ordīari in officia presbiteroꝝ facit in ar. c. q̄nto de cōsue. vbi ꝓbat̄: ꝙ ad collacionē alicuius sacramenti cōsuetudo nulla inabilem abilitare potest: ergo nec ad suscepcionē eius: quia correlatiuorū eadem doctrina ar. l. fi. ff. de aceeptila. l. & si contra. ff. de vul. & pup. l. fi. ff. de le. iij. l. si ex toto. ff. de leg. i. Ex hoc infero: ꝙ neq; abilis ad suscepcionē alicuius sacramenti: p cōsuetudinē potest inabilitari. Q uia eiusdem est nolle: cuius est velle. l. nolle. ff. de acq. here. l. eius est l. nihil tam naturale l. is potest. ff. de reg. iuris. cum simi. Cū ergo damnati ad vltimū suppliciū: sint abiles ex disposicione iuris ad comunionem: ut supra ostensum est: ergo p cōsuetudinē nō possunt inabili-

tari. Maxime cũ sit cõsuetudo laicorum: quibus in spiri-
tualibus nulla competit facultas statuendi: neqꝫ iure
scripto nec iure nõ scripto c. laicis xvi. q. vij. cũ sil. ib⁹.
Nec p cõsuetudinẽ possunt illã pscribere c. massana.
de elect. Preterea cõsuetudo hęc nõ est rõnabilis: quia
cõsuetudo cõtra legem inducta: nõ potest esse rõnabi
lis: nisi cum cessat racio legis: vel cũ racio cõsuetudis
attentis circũstancijs loci: tempis: psonarum &c. vincit
rõnem legis ut est videre ex inuestigacione doctorũ.
in c. fi. de consue. Sed in pposito racio legis quę ẽ illa
quia pœnituerunt: & quia sunt in articulo mortis: ad-
huc hodie & in quocũqꝫ loco eis pœnitencia nõ nega
tur: durat. Nec potest vinci aliqua rõne: seu respectu
validiori: quia exq̃ penituerũt: iam sunt de corpe Chri-
sti mystico: ergo iure diuino ius habent ad corp⁹ Chri
sti sacramentale c. quia passus. de cõse. dis. ij. accedẽte
psertim determinacione ecclesię ad tẽpus articli mor
tis: ut ab inicio supra ostensum est. Nulla ergo cõsue-
tudo rõnabiliter eis auferre potest: q̃d iure diuino eis
debeť. Nec facit aliquid: si dicať: qꝫ quia ad terrorẽ de-
linquenciũ eis negatur comunio: nõ omimoda caret
racione. Cum em̃ iudex laicus de causa comunionis
Eucharistie: nullã omino habeat nocionẽ ut certũ est
nõ potest eius priuacione quacũqꝫ ex causa aliquẽ pu
nire l. nõ valet C. ad l. fauiã. de plagia. l. ij. C. de penis.
Accedat adhuc: quia iudex corpaliter aliquẽ puniens
faciem eius que ad similitudinem pulchritudinis cele-
stis est figurata: minime maculare debet ut dicit tex:
in l. si quis in metallũ C. de penis. ergo a forciori neqꝫ
anime rõnali: q̃ ad imaginẽ altissime trinitatis est crea
ta: detrimentũ afferre debet. Afferret aũt: priuãdo sa
cramẽto corpis Christi: q̃d licet existens in gr̃a: spiri-
tualiter manducet: tñ pculdubio non sine fructũ am-
plissimo corpaliter sumit: psertim a iamiam agonem

extremū certaturo. Quod cū late sciā ostēdere posse: sacraꝶ līaꝶ ꝑitos: hoc vno cōclusisse sufficiat. Si precepto de charitate fraterna nō possit ꝑ cōsuetudinem derogari: q̄ minus liget: utpote ꝙ sit iuris diuini: nō videri iudicē laicū nō delinquere in fratrem: quē eo priuat: quod nihilomagis ad iudiciū eius ꝑtinet: ꝙ̄ sacramētorum institucio & administracio. Hec sub debita correctioni submissione.

Casus in foro consciencię.

Aliquis vocatus A. mutuauit quibusdam scilicet B. C. D. et E. frumenta: ut redderēt sibi post futurā messem alia noua frumēta. Et interim ꝙ frumenta vendebant̄ vili ꝑcio: ipse A. nō coegit illos B. C. D. et E. ut sibi redderēt frumēta: attñ fuisset paratus recipe noua frumēta: eque bona vel eciā viliora: si ipi reddidissent Cum aūt frumenta (caristia vrgente) videlicet Anno M.cccc.lxxxi. & .lxxxij. essent magni precij: ipse A. institit ꝓ reddicione frumentoꝶ: institit inquā postulādo: & ꝑ mandatū iudicis compellendo. Cū B. C. D & E. non haberent frumenta ad reddendū: B. conuenit cū ipo A. ut precium frumentoꝶ reciperet in festo Assumpcionis Marię futuri anni scilicet lxxxij. scdm̄ cōmune forū Argen. ferię sextę ante festū Penthecostes eiusdem anni lxxxij. Et hęc cōuencio signata fuit in recessu ꝑ notariū. Item C. et D. cōuenerūt cum ipo A. ut preciū frumentoꝶ sibi olim accomodatorū: reciperet in festo natiuitatis beate Virginis futuri anni scilicet lxxxij. preciū inꝙ̄ scdm̄ cōmune forū Argen. ferię sextę ante festū beati Iohannis baptiste eiusdem anni lxxxij. Et hęc conuencio similiter in recessu signata fuit. Item E. conuenit cum A. ut precium frumētorum reciperet: scdm̄ cōmune forū in feria sexta ante Lucie currentis anni scilicet lxxxij Et ista conuencio in recessu ꝑ Notariū signata fuit. Tempe q̄ A. mutua

uit frumenta: iustū preciū istius tempis fuit aliquādo qnq plaphar. aliqn̄ sex: aliqn̄ septem: aliqn̄ octo: & qnq nouem. Tempus cōuencionis: fuit ante festum natiuitatis Christi Anno lxxxi. qn̄ quartale vendebat̄ vno floreno vel carius: & circa Hilarij in sequēti anno scilicet lxxxij. qn̄ vēdebat̄ vno floreno vl̄ xij. sol.

Dies fixus cōmunis fori: scdm̄ qd forū: pciū taxatū fuit: erat erga B. feria sexta ante Penthecostes anni lxxxij. tūc vendebat̄ quartale xv. sol. sed ip̄e A. accepuit xiiij. sol. Erga C. & D. fuit feria sexta ante Iohānis baptistę: tunc vendebatur quartale xij. sol. & tale preciū acceptauit. Erga E. fuit sexta feria ante Lucię tunc vendebatur x. sol. sed ip̄e A. ix. sol. acceptauit. Cum terminus solucionis aduenisset: & B. nō posset soluere prompta pecunia: ipse A. & B. fœcerūt ex hoc debito contractū empcionis annui census reuendibilis: sup specificatis bonis immobilibus: q ip̄e B. p Ypotheca assignauit. Taxauerūt aūt censū: scdm̄ cōsuetudinē patrię de viginti vnū. Et hic cōtractus ratificatus fuit: in Curia Consistoriali p Notariū ut moris est. Similes contracttus emptionis annui census reuendibilis fœcit A. cum C. D. & E. qui omnes per Notarium ratificati fuerunt. Item ip̄e A. non institit tam diligenter p reddicione frumentoꝝ: cum essent vilis precij: sicuti tempe caristię: quia frumenta p tūc erāt puipcij: et nimis granaria sua occupassēt: et debitores satis certos credebat. Propt̄ has causas: facilior fuit ip̄is debitoribus differre terminū soluciōis. Item qn̄ A. tpe charistię institit: p reddicione frumentoꝝ: verisimile fuit: q debitores nō possent frumēta p tūc reddere: saltem nō comode. Intencio ipsi9 A. mutuantis permixta fuit: sic scilicet/ut subueniret necessitatibus ipsorum B. C. D. & E. rogancium ut mutuaret: & ne frumēta in granario deperirēt: aut domū occuparēt.

Deniq intendebat si preciũ frumentorꝫ cresceret: ꝙ vellet instare ꝓ reddicione vel solucione in equiualẽti utputa in annuis redditibus: sicut & fœcit. Itẽ ipse A. qñ coueniebat de fixo die: secundũ cuius diei forũ preciũ frumentorꝫ solueret: ipe A. sperauit: ꝙ fierent maioris precij: licet nõ intẽderet recipe aliquid: vltra iustũ preciũ cõmunis fori istius diei. Queritur an huiusmodi cõtractus emptionis annui census licitus sit: & iure validus? Preterea queritur. An ipse A. ꝓpt intencionẽ suã superius descriptã: & ex eo ꝙ nõ fecit misericordiã ipsis debitoribus in tempe necessitatis: exactionẽ solucionis differendo amplius: obligatus sit ipsis B. C. D. et E. in iure & foro cõsciẽcie? Item in q: & in quanto cuilibet? Item ipe A. simile fœcit cum colono: de frumẽtis sibi extantibus in preteritis gultis: sicut fœcerat cũ B. C. aut. D. Querit an sit par racio iuris cum priori casu?

Responsio Magistri Iohannis Symler Argentinensis Licenciati in vtroq Iure.

Quoniã ex themate mihi ꝓposito in scriptis: nõ potest elici factũ omino certum & determinatũ. Et hoc ideo / quia nõ specificatur in facto: an isti cõtract⁹ mutui inter partes successiue habiti: fuerint cũ omnibus illis qualitatibus & adiectionibus in themate expssis: celebrati: an vero nõ. Quia videlicet creditor simpliciter mutuauerit annonã antiquã: ut debitores et quilibet eorꝫ post tũc futurã: modo pteritã messem: redderent nouã. Postq igitur factũ cũ quadã incertitudine ꝓponit: sup eo nõ poterit dari certa iuris responsio ut ꝓbat p tex. in c. de muliere despon. & in c. de symoniace. de symo. & in l. ut responsũ. C. de transacti. vbi expressus tex. dicit: ut responsũ cõgruũ recipias: inserere pacti exemplũ. Et quia in ꝓposito non videt mihi certũ pacti exemplũ: ꝑfecto nihil mirũ: si nõ sequeret

certa respõsio. Maxime aũt in casu nr̃o: vbi principaliter querit̃ ad euitandũ anĩe ꝑiculũ: vbi cautissime est agendũ ut in c. vbi ꝑiculũ de elec. li. vi. xlij. dist. c. quiescamus &. vij. q. ij. c. vltimo & in l. i. §. i. ff. ad carbo. Nihilominus tñ ut ex themate colligere possum: videtur mihi ꝙ cõtractus isti omnes simpliciter int̃ partes a principio sic facti erant: quia creditor mutuauit successiue illis quatuor annonam antiquã: ut post messem ex tunc futurã: modo preteritã: ipsi debitores & eorum quilibet redderet nouã. Quo sic stante facto: Queritur vtrũ talis contractus mutui fuerit licitus? Et videtur mihi dicendũ: ꝙ si creditor taliter mutuando: habuit illam spem ꝙ ex tali sic per ipsum facto mutuo: consequatur lucrũ: quod est: quia sperauit nouã annonã sibi reddendam fore meliorẽ: & maioris p̃cij: tũc absq; dubio scd̃m Inno. quem Hostieñ. & Io. An. in Nouell. & Panor. in c. cõsuluit de vsuris. & alij Doctores sequuntur: illa sola spes lucri: inferret in creditorem vsuram mentalem: & talis creditor artaret̃ ad restitucionem illius lucri: ex quo principaliter ductus erat illa intencione. Quod placet Ray. in sũma hꝰ t. ℣. Sed nũquid voluntas. Et verum in foro animę: nõ aũt in foro iudiciali: vbi nõ de occultis: sed manifestis solum iudicatur. Et si dicatur: symoniacus mentalis/ nõ tenetur ad restitucionẽ eius: cuius occasione symoniam cõmisit: sed ꝑ pœnitenciã satisfacit tex. est in c. tua nos & in c. vltimo de symo. & no. glo. in verbo recepit ad finẽ in c. vnico de cle. nõ resi. li. vi. Secus aũt est in vsurario mentali: principaliter mutuante ꝓpter spem lucri: quia iste talis ad restitucionẽ tenetur: nec sufficeret hoc casu pœnitencia sola. Et est racio: quia vsura vtroq; testamento ꝓhibetur: nec dispensacionẽ Papę admittit de vsu. super eo. Secus de symonia: qa ꝓhibita: ut est in acquirendo Beneficium symoniace:

vbi Papa dispensat. Preterea/vsura ex animo procedit: quod patet ex verbis prohibicionis: scilicet date mutuum nihil inde sperantes. Sed symonia proprie respicit factum scilicet quia spirituale aut venditur aut emitur. Et plus dico: quod sperare ex mutuo lucrum scilicet principaliter magis est contra bonum caritatis: quam sperare Beneficium. Hec sunt que late no. Iohan. An. post Hostien. in c. finali de symo. Hic non insisto. Ex quibus infertur: solam spem saltem principaliter in creditore nostro: de iure vsuram inducere seu induxisse: saltem in foro anime. Et propterea si talem habuit in animo suo quando mutuauit: modis illis de quibus in themate: inducendus est ad restitucionem eius: quod vltra debitum a debitoribus suis exegit predictis. Idem tenet Goff. in summa in ti. de vsuris circa principium in versi. Sola enim spe vel expectacione lucri. Alle. c. i. & c. consuluit e. t. & c. feneraueris. xiiij. q. iij. Preterea iste contractus superius expressus: vbi creditor mutuauit antiquam: ut debitores redderent nouam annonam: videtur eciam per se illicitus: cum ex eodem expresse datur intelligi: deprauata creditoris intencio: que deprehenditur satis clare ex hoc: quod voluit sibi ex contractu quem fecit cum suis debitoribus: pro antiqua quam mutuauit: recuperare nouam: & talis contractus videtur reprobatus: ut notat Goff. in ti. predicto in versi. quid si quis. Idem tenet Ray. in summa in ti. de nego. secula. §. ij. & Hosti. in summa. §. an aliquo casu. versi. quid si quis mutuat. Et eciam probatur in alle. c. consuluit. Et sequitur Heinricum Boit in c. in ciuitate e. t. in versi. ex premissis posset dici. Et no. Panor. in c. fi. e. ti. in penul. q. in versi. Vlterius queritur. Et no. Archi. in c. nullus. xiiij. q. iiij. Et ut supra dixi ideo: quia creditor expresse mutuando veterem annonam: voluit recuperare nouam: que secundum comunem cursum annorum

semper presumitur melior q̄ antiqua: & eciā maioris
precij: licet quandoq̄ aliter contingat: ꝓpter hoc non
est recedendū ab eo q̄d cōmuniter contingit: cum iu-
ra adaptentur ad ea que frequenter accidunt ut in ca.
frequens. de restitu. spolia. & in l. nam ad ea. ff. de le.
Predicta tamen per Archi. limitantur: nisi exp̄sse con
staret de bona intencione creditoris: q̄ non aliter mu-
tuaret: q̄ q̄ subueniret proximo suo. Quod ego sic
intelligo: si in contractu mutui addiceret: q̄ licet pre-
fixerit terminum solucionis post futuram messem: &
licet q̄ sibi soluatur noua annona expresserit: nihilo-
minus tamen nolit auferre libertatem debitoribus su-
is: soluendi eciam veterem: pendente eciam termino
quandocūq̄ voluerint: tunc eciam absq̄ dubio talis
non posset vsurarius censeri. Q̄ꝫ si illud in contractu
non fuit expressum: & contract⁹ ex conuencione par
cium legem suscipiunt ut in ca. Euleterius. xviij. q. ij.
& in regula contractus. de regu. iur. lib. vi. & in le. cō
tractus. ff. eodē ti. Quis aliter cogitare & presumere
poterit: q̄ q̄ creditor qui pactus est sibi reddi nouā
annonam pro veteri: & hoc certo termino per ipsum
prefixo voluerit consequi nouam tāquā meliorem q̄
fuerit antiqua? Quia si idem creditor suam antiquā
reseruasset: eciam vsq̄ ad eundem terminum solucio-
ni prefixum: & eciam postea: nunquā tamen fuisset
facta noua: consequenter nunquam tanti valoris &
precij: sicuti noua: ut patet de se. Ex predictis infertur
contractum ex forma illa queadmodū reperitur for-
matus fuisse vsurarium. Et hoc verū: & ꝓcedit in foro
contencioso: vbi iudicatur cōtractus scdm̄ q̄ verba so
nant: et cōsensum parciū scdm̄ cōmunē eoꝝ intellec-
tum important. Quod cōprobatur p̄ regulam Iuris
superius allegatam: ex qua concluditur q̄ contractus

ex parciũ cõuencione: legem sibi recipiũt. Non obstat q in themate subiungitur. Q creditor mutuans fuisset paratus &c̄. Quia de hoc tempe cõtractus nihil fuit inter partes conuentũ: de quo mihi saltem constat: nec postmodum fuerunt debitores ex mutuo huius certificati: de quo eciam non sit fides. Perinde erit in foro iudiciali: ex q̄ desup non apparere poterit pbacio: nec alias fieri fides: ac si nũq fuisset sic actũ: ut in c. cum super. de concessione prebende. in c. i. in fi. de proba. c. ex ore. de his que fiunt a ma. par. ca. & in l. si in lege. ff. de cõtrahen. emp. & in l. pretor ait. in prin. ff. vi bo. rap. Nec in foro isto contencioso crederetur isti creditori p se confitenti: scilicet in eo q dicere posset: illam vel aliã fuisse eius intencionē bonam: scdm Deum & consciencia eius regulatã in mutuãdo dictis suis creditoribus: quia sibi non haberet̄ fides ut in c. i. de confessis. & quod ibi notat̄ p Doctores. At in casu nr̄o: cõtra creditorē taliter mutuantē: put se cõfitetur mutuasse: absq dubio credendũ est: ut notatur in c. ex parte de confessis. Verũ tamen est: q in foro anime: creditori omi modo credendũ venit: cum in eodē foro salutis sue immemor presumatur nemo ut in c. sancimus. i. q. vij. tex. cum glo. in c. vnico de scruti. & in ca. significasti de homi. vbi glosa & Doctores. Quo casu: ex quo sue confessioni stabitur: facile erit iudiciũ prudētis iudicis: in foro anie cũcta necessaria ad hunc effectũ inuestigare curãtis ut in c. ois vtriusq in . Sacerdos aũt sit discret⁹ &c̄. de pe. & remiss. & in c. consideret de pe. dis. v. Presertim ãt hoc bn̄ aduertēdũ ē: q creditor: put in themate cõfitet̄ ibi. Cũ ãt frumēta carista vrgēte Anno &c̄. lxxxi. & lxxxij. eēnt magni p̄cij &c̄. tũc exigere studuit: quam mutuauit annonã a p̄dictis debitorib⁹. Ecce q̄ patēter cõstat de intenciõe creditoris: q voluit ex mutuo cõseq̄ lucꝝ: adeo differē-

do exactione solucionis: quia si id non voluisset: non tam diu distulisset: ex qua dilacione resultat p̄sūpcio cōtra creditorē. Non obstat si opponatur: q̄ creditor nō fuisset alias vēditurus annonā: nisi fuisset magni p̄cij: sed magis expectasset: quousq̄ annona maioris esset p̄cij &c̄. Ad quod respondeo: quia si creditor reseruasset in granario suo annonā: expectare habuisset toto tempe decrescenciā annone: expēsas in mouēdo eam: & alia mlta pericula: que eciā cōmuniter emergunt. Et ꝓpterea attētis tantis damnis & periculis & expensis: annonā eius nō tamdiu reseruasset: quēadmodum exactionē huiusmodi: absq̄ omī dāno/periculo/& expensis distulit: sciens debitores eius fore de soluēdo satis certos. Ideoq̄ differre curauit: q̄usq̄ annona ꝑuenit ad valorē notabilis p̄cij: tūc exigere primū studuit p mandata ecclesiastica: qn̄ debitores ꝓpt caristiam minus soluere potuerūt. Ecce q̄ ex dilaciōe exactionis debiti sui: longe vltra terminū in principio cōtractus p ip̄m p̄fixum facta: multū voluit & intendebat cōsequi lucrum: ꝓut eciā in facto cōsecutꝰ fuit. Quis nō cōtra talem p̄sumeret: cum tamen ius & racio iuris satis cōtra ipsum p̄sumit in ca. consuluit & in capitulo supra alle. Preterea idem creditor nō solū cōpulit debitores p̄dictos ut p̄fertur: ad soluendam mutuatā annonā: sed eciam indirecte eosdē artauit: ex q̄ soluere nō poterant: ad nouandū cōtractū mutui: ad eius voluntatē vendidit annonā ut p̄fertur: mutuatā nondū sibi redditā: ꝓ diebus p ip̄m designatis ad precium: q̄ in foro Argen̄. publice venderet: & ꝓ solucione p̄cij: alios respectiue constituit terminos: ut patet ex themate. Et primo debitori statuit sextā feriam ante festum Penthecostes: ut tanti precij annonā sibi mutuatā solueret: quanti eodem die venderet in foro. Sed solucionē eius distulit ad festum Assumpcionis

gloriose virginis Marię. Sed certissimū est: q̄ cōmuni vsu & cursu taliter freq̄ntat̄ et contingit: q̄ annona q̄ alias erat magni p̄cij annis p̄dictis lxxxi. & lxxxij. ante festū Penthecostes maiori vendi cōsueuit p̄cio. Ex quo eciā clarissime dep̄hēditur: creditorē ęlegisse istū diē precij: & distulisse solucionē: ut ex his lucrū cōsequeret̄: ꝑut eciā fuit consecutus contra tex. in d. c. fi. de vsu. & not. per Io. An. in verbo verisimiliter. Cum ergo ipse non posuerit in dubio: sed magis in verisimili certo: q̄ntitatem precij ut ex superioribus patet: sequitur ex hoc: capite eciam istam vendicionem annonę prius mutuatę: & postmodum premisso modo vendite: satisfuisse viciosam. Et si obijciatur: vsura solum vendicet sibi locum in mutuo: ut ex p̄dictis satis patet: & no. sup Rubrica de vsu. & in alle. c. cōsuluit: ergo nō habet locū in cōtractu emptōis & vendiciōis Hic dico: q̄ & si cōtractus sit vendicionis &c̄. tn̄ quia ex eodem colligitur praua venditoris intencio: qui voluit consequi p̄cium tantum: quanti pro certo die per ipsum ęlecto verisimiliter annona maioris precij vendi consueuit: scdm̄ cōmunem cursum huius Ciuitatis. Ideoq̄ ius fingit perinde esse: ac si venditor mutuasset debitori pecuniā huiusmodi: ut ex hoc cōsequeretur lucrum. Ita no. Panor. in d. c. fi. in ℣. ille quoq̄. An autē ꝓsit creditori: si p debitorē sibi remittat̄: vsurarie quesitū. De hoc no. Panor. in d. c. cōsuluit. e. ti. in primo notabili q̄ non ꝓdest: si creditor adhuc habeat ꝓpositū: non restituendi remissione sibi non facta. Et est racio: quia talis Deo / contra cuius p̄ceptum fecit: tenet̄ scilicet p pœnitenciā: & ꝓximo / quē lesit tenetur satisfacere: restituēdo sibi ab eo indebite exactum. Si igitur sibi creditori remittat debitor: p hoc nō est recōciliat⁹ deo. Ideoq̄ in creditore necessaria est ei⁹ pœnitencia: & propositum de restituendo eciā si non

fiat sibi remissio: extunc per illam sic factam sibi remissionem a debitore: dum tamē absq; dolo pure & simpliciter remittat: satis videtur satisfecisse. Ita concludit Panor. in c. cum tu. in vltima. q. e. ti. & colligitur ex no. per Fride. de Senis in Consilio suo. xxij. xxiiij & xxviij. vbi lacius hanc materiā examinat. Per hec arbitror omnibus questiōibus/q̄ ad omnes debitores motis: satisfecisse. Alioꝝ tamen magis prudencium iudicio saniore semper saluo: & reseruato hec sub debita correctione.

Responsio domini Petri Schotti Doctoris vtriusq; Iuris ad supradictas questiones.

Si principalis intencio mutuantis fuit: cōsequi ꝓ veteri annona nouā: que freq̄nter maioris precij esse solet: nemini dubiū quin vsuram saltem mentalem cōmiserit. Mentalem quidē: si de noua & sic meliori nō expresse pactus fuisset: sed spem solam habuisset. Nā si in pactum venisset cōceptis verbis: meliorē reddi: iā eciā realis eēt vsura: si lucrū illud inde ꝑcepisset: atq; eo casu ad restitucionē ꝓculdubio teneret̄. An vero si mētalis solū fuisset vsura: restitucio lucri ꝓueniētis necessaria sit in foro anīe: allegāt̄ p Mgr̄m Io. pleriq; affirmātes talē teneri ad restitucionē: q̊d eciā tenet Antoni⁹ in sūma pte. ij. t. i. c. vij. §. xxxv. & est cōis opinio: cuius Scot⁹ dis. xv. q̄rti articulo scdō cōtrariū dicat: et cū eo sēciat autor Sūme pisane. vsura. i. §. i. Tucius igit̄ erit adherere opinioni cōi: q̄ et securiorē ptē: & anime magis fauentē amplectit̄. Plane huiusmodi fuisse intencionē mutuātis nr̄i: ut scilicet ꝓ veteri annona nouā: et sic meliorem recipet: late ostendit. M. Io. consulens: tum ex verbis thematis que hoc sonāt: tum ex euentu quia scilicet non exegit debitam annonam vsq; ad annos caristie. Ex quibus (ut ait) presumpcio resultat contra creditorem: q̄ intenderit

ex mutuo cõsequi lucrũ. Ceterũ id quidem verũ esse posset in foro contencioso: vbi ex verbis iudicatur: in foro aũt anime / q̃d est iudiciũ cõsciencie: statur asser/cioni & interp̃tacioni partis: non solum contra se: sed eciam ꝓ se. Idcirco quantũcũqꝫ verba cõtractus sonẽt de frumento nouo dando: & quantũcũqꝫ postea cum magno detrimento debitoris tempe caristie: debitum exegerit: tamen si ab inicio initi cõtractus intencio ta/lis fuerit: qualis ponitur in themate: ꝙ scilicet paratus erat recipe frumenta eque bona: vel eciã viliora. Item hec omĩa animo pensabat: necessitatẽ scilicet mutuo accipienciũ: cui subuenire intendebat: frumẽta in suo granario deperire posse: si p̃ciũ frumentoꝝ cresceret: exigere se velle: nisi prius restituissent. Hec inqꝫ intẽ/cio ex quatuor cõmixta fuerat: quoꝝ tria licite inten/debantur: quartũ inhumanitatẽ & lãguidiorem erga ꝓximũ p̃sefert caritatẽ: p̃sertim si id sperabat & opta/bat obuenire. Si igiẽ ex diligenti inuestigaciõe con/sciencie: illius nostri mutuantis: inueniaẽ motꝰ fuisse: ad mutuũ ex primis tribus causis principaliter: quar/ta aũt intencio nõ ut causa eũ (q̃d quidem apparet ex prima intencione: quia paratus erat &c̃.) mouit: ꝓpẽ quã daret mutuũ: ut scilicet tempe caristie quã spera/bat: lucrũ ex illo mutuo sentiret: sed pocius ex conse/quenti: ex q̃ indigenti subuenire constituerat: ꝓpone/bat in animo: si forte cõtingeret: anteqꝫ sibi redditum esset debitũ: sterilitatẽ annone supuenire: velle se tũc vti iure suo & agere. Si ita intenderit: nõ audeo assere/re contractum ip̃m vsurariũ fuisse: eciã si expost facto caritatẽ fraternã leserit: instando / vrgendo / & suffocã/do fere debitorẽ suũ: in tam dira frumentoꝝ caritate. Ad hoc autẽ moueor ꝙ nõ sit vsura: eciam mentalis: quia vsura tunc cõmittitur mentaliter: quãdo intẽcio mutuãtis ita est deprauata: ut nõ fuisset alias mutua/

turus: nisi sperasset aliquid inde cõsequi c. consuluit. ibi Ab. de vsur. In ꝓposito aũt nostro: mutuans paratus fuit dare frumenta mutuo: eciam si dũtaxat eque bona vel forte viliora redderentur. Et sic si annone caritas nũq̄ superueniret: ut asseritur in themate. ergo. Preterea vsura nõ cõmittitur sine spe lucri: in casu autem nostro ꝓpositũ illud exigendi frumenta tẽpe caritatis nõ videt̃ tendere ad lucrũ captandũ: sed poci⁹ ad damnũ vitandũ: ne scilicet eo tp̄e q̄ frumẽta ex vtilitate sua vendere posset: eis ꝓpt̃ mutuũ factũ carere cogatur. Nec obstat si obijciat̃: ꝙ saltẽ in hoc lucrum sentit: quia interea decrescenciã frumentoꝝ nõ patit̃: nec expensas in eoꝝ ventilacione facit: ab alijs eciam periculis que cõmuniter emergere in frumentis solẽt liber existit. Respondeo em̃ nõ haberi racionẽ huiuscemodi lucroꝝ: vel pocius comodoꝝ: que sine detrimento aut fraude debitoris creditor sentit. Alioquin vix dari posset mutuũ aliq̄d: presertim in his que pondere aut mensura cõsistunt: q̄d nõ esset vsurariũ. Simili modo dilui posset si obijceretur: creditorem si sibi frumenta in prefixo termino reddita fuissent: forsitan ante annos caritatis venditurũ ea fuisse. Nam neq̄ illud considerandũ est: quia non pacto suo: aut culpa sua frumenta diucius apud debitorem manserunt sed mora debitoris: quã nemo creditori nõ exigenti: sed debitori nõ soluenti imputare debet l. ij. C. de emphi. iure. Ex his videtur: contractũ sic & tali ut p̄fert̃ intencione initum: vsurarium non esse. Verumtñ q̄d subsecutũ fuit: scilicet exactio illa tam rigorosa a paupere: comode tũc soluere nequeunte: cõtraria fuit fraterne caritati: p̄sertim si ex auaricia facta fuerit: si scilicet creditor sine suo incomodo notabili: distulisse potuit solucionẽ. Ex hoc tñ non tenet̃ ad restitucionem quia alieni detentor nõ est: in q̄ tamen theologorum

sentencia audienda est. Hec vera: si talis fuerit mutuātis ut pfertur intencio. Q si autē ex eius assercioe cōstaret: id qd Magister Io. ex verbis & euentu rei conatur elicere: q principaliter animo lucrandi mutuum dedisset: ea scilicet intēcione & ppterea mutuās: quia speraret aliqn caritate annone supueniēte: se inde lucraturū: nō est q possit contractū ab vsuraria prauitate excusare: & esset idem cū eo qd primo dixi. De nouacione aūt debiti: hoc breuit dico. Si tēpe contracte emptionis: vēditor frumēta fuisset venditur?: & ppt dilacionē: pciū vel maius exegit: vel qd verisimiliter maius erat futurū in pfixo termino: tūc cōtractus nō plane vsurarius: sed in fraudē vsurarū factus psumit. Sin aūt alias tempe contractus nō erat vēditurus: potuit taxare pciū scdm eū diem: in q statuerat vendere ita tex. in c. nauiganti de vsuris: & est cōmunis opinio Doctorꝝ. Idē dicit Scot? dis. xv. quarti arti. scdō i fine Q uis hec pbabiliter dici posse videant: tn in his que cōcernunt cōsciencia: tutissima via incedendū est. Et nō est vsquaq clarū: que illarꝝ intencionū magis induxerit animū mutuātis. Et de illa obduracione erga debitores tēpe caritatis: que ex auaricia gigni solet: satis constare videtur. Idcirco in omnē euentū: cū debitoribus cōueniendū esse iudicarē: & in censibus iam ex illo debito cōstitutis: aliqd imminuendū: in reliqs agendum cū eis: ut remittāt si forte iniuste & vsurarie grauati p mutuantē fuissent. Habeatq mutuans animū restituendi ut. M. Io. dicit: inquantū sibi certum esset: se esse iniquū illorꝝ bonorꝝ detentorem: & illos nihil ei remitte velle. Illo eni anio habito: & remissione sibi p debitores facta: que nō p metum aut dolū extorta fuerit: sed veritate rei narrata: sperandum erit in misericordia dei: q pctm hoc vel vsure vel auaricie p poenitencia & satisfactionem sit delendū. Hec sūt

que mihi inciderũt: & hodie videnť. Nolim tñ ꝓpter hec: a cõsilijs eoꝝ/qui sanius & scdm̃ scripta Docto- rum iudicant: recedi.

Questiũcule in foro consciencie.

Vtrũ beneficiatus possit & debeat concubinã suã: & prolem (si quã habeat ex ea) paupes: alere de bonis ec clesie? Et si sic. Queriť. Quousq;? An videlicet tan tũ debeat subuenire p̃senti eoꝝ necessitati: an eciã fu- ture? eis scilicet emẽdo domos & reddit⁹ &c̃. filiosq; tradere studijs lr̃aꝝ: vl̃ negocioꝝ alioꝝ: queadmodũ fieri solet ab alijs habentibus filios legitimos. Item queritur de amicis: consanguineis paupibus si q̃s ha- bet: cũ scdm̃ om̃es talibus subuenire possit de bonis eccl̃e sicut alijs paupibus. Queriť igiť in quã sicut de iamdictis quesitũ est: quousq;? Et vltra. Vtrũ eciam scdm̃ eoꝝ status exigenciã & ꝑsonarũ. Puta sacerdos nobilis Patri nobili pauperi: Comes Comiti: teneatur eis subuenire? Et ut hoc possit facere: debeat Bñficia cõgregare plura &c̃. An solũ simplici eoꝝ necessitati ꝓuidere? Itẽ. Vtrũ celebrãtes Capitula infra diuĩa officia: contra ꝓhibicionẽ Decreti Basilieñ. vel eciã si ꝓhibicio facta nõ esset: peccent mortaliter: & teneanť ad restitucionẽ distribucionũ receptarũ? Itẽ. Vtrũ clericus presens in choro tempe horarũ canonicarum missarum & vigiliarũ pro defunctis: nõ aũt cõcinens alijs: sed aut orans: vel om̃ino tacens: aut verbis ocio- sis se occupans: peccet mortaliter: & ad receptorũ re- stitucionem teneatur? Item fornicarius notorius. Vtrum teneatur ad restitucionem fructuum Benefi- cij: & distribucionũ quotidianarum? sicut in Ange lica dicitur. Rogo te absolue questiunculas has q̃n tocius poteris: alijs nenijs posthabitis: ad quas com- plectendas: hij tibi conuiuent: qui alciora non suspi ciunt.

Responsio doctoris Petri Schotti.

Ea quę a doctoribus Iuris sup̄ his questionib⁹ scribūtur: spero p̄ Mgr̄m Io. Symler in medium p̄ducenda fore. Q̄zobrem ego minore labore conabor: quod visum fuerit: nudius & sine multa alligacione: limā & correctionē expectans: breuissimis aperire. Dū ergo queritur. Vtrū beneficiatus possit & debeat Cōcubinam suam & prolem: si quā habeat ex ea paupes: alere de bonis ecclesie? Et si sic. Quousq3 &c̄. De Concubina videt̄ mihi: nō esse alendā eā: ut concubinam sed abigendā p̄rsus & eijciendā: utpote quę cū in ecclesiam deliquerit: ex ea comodū reportare nō debeat ar. c. quidam. lxxxi. dis. c. eos. xxxij. dis. Filij aūt licet de rigore Iuris ciuilis: tanq3 ex incestu geniti: ut dicit glo. in l. ij. C. de Epi. & cle. nō sint alendi. auten. ex cōplexu. C. de incest. nup. tamen de benignitate canonica: scdm̄ facultates Parentis: necessaria eis subministrari debent: ut est tex. in c. cum haberet. de eo qui duxit in ma. quā pol. Quod intelligūt Doc. de alimētis ut Bar. in l. fi. §. si a socero. ff. de his que in frau. cred. & Ab. in d. c. cum haberet. post glo. ibi. Igitur si alimenta eis p̄stari debeant: appellacione alimentoꝝ veniūt cibaria: vestimenta: & habitaciones: l. legatis. ff. de alimen. & cibar. lega. Immo eciā impense ad disciplinas mihi videntur in casu nr̄o deberi. Per ea q̄ vo. Bar. in d. l. legatis. vbi dicit: ꝙ si alimēta debent̄ ex testamēto: nō veniūt in legato ea: quę p̄tinent ad disciplinam. Si vero debent̄ iure sanguinis: vel officio iudicis: tūc debentur expense ad disciplinam. Per tex. in l. qui filiū. ff. vbi pupil. edu. debeat. Quāuis aūt nō appareat ex tex. d. c. cum haberet ꝙ talia filioꝝ spurioꝝ alimenta: de bonis ecclesię fieri debeant: tn̄ Ab. expresse dicit de bonis ecclesię tales presbiteroꝝ filios sustinendos in c. i. de coha. cle. & mu. Et hoc placet: dūmodo amore

filiorꝶ ecclesiã nõ spoliẽt: nec aliud q̄cq̄ꝫ illicitũ agant. ar. eorꝶ q̄ habent̄ in tex. & glo. in c. peruenit. i. q. iij.

Deinde cum queritur de consanguineis beneficiatorum pauperibus. Respondet̄: q̄ ut pauperibus subuenire possit: nõ aliter: nisi q̄ potest prius eis q̄ aliis.

In tercio: de celebracionibus capituli tp̄e diuinorꝶ. Peccare videntur omnino hij: qui passim eo tp̄e cõuocant: sine sufficienti causa: ꝓpter quã differri comode cõuocacio nõ debeat. Sed conuocati ut subditi: & ad obediẽciam obligati excusantur: nisi sint in culpa. De restitucione aũt facienda: nõ video obligacionẽ: si cõuocacio fiat ob euidentẽ vtilitatẽ ecclesię. Nam tunc absentes: ꝓ presentibus habent̄: quantũ ad effectũ cõsecucionis distribucionũ c. i. de nõ resi. li. vi. In q̄rto similiter casu vident̄ mihi grauiter peccare: q̄ in choro tp̄e horarũ canonicarũ / missarũ / vigiliarũ &c̄. non canũt: sed vel orant vel tacent: aut verbis ociosis se occupant: p̄sertim vbi ad canendũ sunt astricti: vel ex iure cõmuni: iuxta c. dolentes de cele. miss. et c. i. e. t. Vel ex tenore fundacionis: cui se / acceptando Beneficium vel legatum aliq̄d: submiserũt. Et hoc verũ nisi impedirentur rõnabili causa: vel ꝓpter modicitatẽ operis: nõ videretur curanda eorꝶ breuis taciturnitas aut locucio. De modicis nõ curat pretor. Aut eciã si ꝓpter ecclesię cõsuetudinem: sine alicuius scandalo: soleant a canendo cessare: ut in multis ecclesijs Gallicanis: in quibus sufficientes p̄sone sunt: officia manualia habẽtes: qui soli canere solent: qui et abiles sunt arte et voce: nec vellẽt quẽlibet ex Canonicis vocẽ incompciorem forsan: suis cõmiscere. Neq̄ꝫ eñ video si Canonici taceant: & vel meditent̄ vel orent: dum cultus diuinus ornate execucioni mandat̄: & forsan ornacius cũ maiori populi deuocionẽ: q̄ꝫ si ip̄i cõcinerẽt: eos mortaliter peccare. Alij aũt ut dixi: peccare quidẽ vident̄.

Quod aũt ad restitucionẽ teneanť distribucionũ per ceptarũ: nõ video: nisi ꝑ supiorẽ ex officio ꝓpť culpã suã: priuenť certis distribucioĩb⁹: q̃d facere posset Decanus: videns eos inutiliter & maliciose versari in officio exoluẽdo. Non aũt sunt ipso facto dũ tacent & ẽ distribucionibus spoliandi. Racio me mouens est: qa oĩa iura quę de hac materia loquunť: distribuciones dicũt dandas his: qui intersunt diuinis. Et licet precipiãt officiũ deuote exolui debere: nõ tamẽ ad effectũ distribucionum habendarũ hoc requirunt: quasi peccare ostendant: et apud deũ puniendos: nisi cõpensauerint: nõ tamẽ cogi ad restitucionẽ si interfuerint: & hoc ꝓpter scrupulos innumeros tollendos: qui ex hoc orirentur.

Cum apud Magistrũ Io. Symler heri requirerẽ formã Decreti Basilieñ. inueni multa alia circa officiũ diuinũ statuta: hoc tñ nõ reperi: quia vero causam reqsicioĩs ei aperui: et nõnullas questionũ tuaꝝ r̃citaui: dixit nõ deesse sibi tractatus nõnullos: qui de his materijs conscripti sint: verum abiturũ se ilico ad ecclesiam suã in Herlinsheim: et Lune redíturũ: tuncq̧ habita questionũ copia mẽtẽ suã eciã dicturũ. Ego interea aliqua ꝑquirẽs / non audeo quicq̧ diffinire: nisi prius audita sentencia eius. Hoc tamẽ indubitatũ apud me videť Concubinã nõ ali sed reijci debere: deberi tñ ei salariũ famulatus honeste impensi. Filijs alimẽta deberi a patribus clericis: eciã de bonis ecclesię: hoc est vestimẽta / cibaria / habitacionẽ / & impẽsas lr̃aꝝ: quę omnia alimentoꝝ nomĩe cõprehenduntť. Sed an plura possit dare: iam suspendo sentenciã. P. S.

Consilium Petri Schotti in causa cõmissionis Apostolice.

Diu mecum egi Clarissime Iudex: loquerer an silerem ad hęc / quę mihi per dignitatem vestrã conspicienda

sunt träsmissa. Nä ut responderē: instans & ꝑurgens expostulacio vestra cōmouebat. Contra vero: ne me his tam arduis: & quę nōnullam in se ambiguitatem habere videntur inuoluerem: diuturna quies / qua ab hac iuridica professione sęmocior fui: & minim⁹ rerū vsus: ꝓpemodum deterrebant. Tandem visum fuit: vtriusqꝫ eorum quę dixi: habendam esse racionem. Quod me facturum esse putabam: si primo ea quę in mentem veniebant: tumultuaria quadam & summaria collectione responderem. Deinde ne mihi inexperiencia imponeret: qui conflictum iudiciorum raro quesiuerim: omnia salubriorꝫ sentencię trutinanda castigandaqꝫ cōmendarem. Et quia aput iurisperitū allegacio quę fieri potest: paucissima exigitur: breuissimis aperiā: quę sup his dubijs decidēdis occurrerūt.

Quod ad primā questionē ptinet. Nūqd principale negociū p viā querele: an vero appellacionis in rescripto cēseat esse cōmissum: Legi relegi cōmissionē sūmi Pōtificis vobis factā: nᶜ possum inuenire aliqd: vnde pocius inducar ad credēdū: cōmissū esse principalis querele discussionē: qꝫ appellacōis. Fateor etem si expsse cōstaret de mēte summi Pōtificis: qꝫ non obstante narracione appellaciōis: intēderet nihilominus cōmittere negocium principale: qꝫ staretur cōclusioni nō narracioni: ut est videre in libello: p iura & Doct. ad hoc allegatos. In casu autē nostro nisi fallor: cū omnia verba cōclusionis seu cōmissionis: nō minus adaptentur ad causam appellaciōis qꝫ negocij principalis. Nam ita dicunt in iudicio appellaciōis partes conueniri: sicut in prima instācia c. p litteras. de appella. & dicūtur proponere facta sua c. cōstitutis. & c. bone e. t. Item adaptatur eis verbū peticionis c. solicitudinē in fine de appella. & conquestionis c. accepta eodē ti. Quare nō poci⁹ stamus mltis iuris p̄sumpcionibus:

& apud me indubitatis coiecturis: & dicimus comis-
sam esse causam appellacionis. Nam primo verba re-
scribentis seu respondentis: intelligunt scdm requisi-
cionem petetis & interrogantis: et ad interrogata presu
mitur quis respondere: eciam si verborum pprietas vix
paciatur: ut est tex. in. § preterea insti. de inutil. stipula. &
in l. si defensor. §. i. ff. de intro. actio. Cum ergo in co-
questione sup violencia sibi illata: pecierit ps p se. ap.
tanqz p eam ad qua appellatum esset sibi subueniri: &
se. ap. simpliciter iudices dederit: no videtur in dubio
aliter comisisse: qz ad eam negociu illud deuolutu fue
rat seu deductu: scilicet p via appellacionis. Neqz em
necesse erat in respondendo eadem omnia repeti d. §.
preterea. Nam q in pfacionibus cocipiunt: repetita in-
telliguntur l. ticia. §. idem respodit. ff. de ver. obli. fa-
cit l. regula. §. fi. ff. de iur. et fact. igno. Deinde psumi
tur in dubio Princeps: comittere causam eo modo &
forma/quibus lites cicius & pperancius terminentur
ar. c. fine litibus. de dolo & cotu l. pperandu. C. de iu
di. cum simi. Iudiciu aut appellacois no potest tadiu
pcelari: sicut iudiciu negocij principalis c. sicut de ap
pella. in cle. Nec ob. si dicatur: q grauame extra iudi-
ciale no transit in rem iudi. et q esset piudiciale pti gra
uate &c. Nam dico: q licet appellacio extraiudicialis
deferat: nihilominus pars grauata: potest p querelam
alia causam intentare: sed cora iudice copetenti c. con
certacioni de appella. in vi. In pposito aut cu vos alia
iurisdicione in hac causa non habeatis: qz que vobis a
Papa data est vigore lrarum: & mens lrarum solu ad causa
appellacionis respiciat: no video quo principale que
rela examinare iudicialiter possitis. Faciat quia iudex
qualis hic est summus pontifex: quia est iudex ad que
no psumitur impartiri officiu suu ad vtilitate priuata
parcium: nisi fuisset petitus iuxta l. iiij. §. hoc aut iudi-

ciū. ff. de dam. infect. Cū ergo nō fuerit petitū: ut cau sam simpliciter p modum principalis querele exami-net: sed solum p viam appellacionis: nō videbitur in dubio velle: vel p se vel p delegatū causam alit discu-tere: ꝙ a parte fuerit petitū. Accedat quod litterę ad lites sint odiose: ut innuit glo. in c. i. de rescrip. in vi. facit c. ad hęc c. sedes de rescrip. c. cum in multis e. t. li-bro. vi. ideo pocius restringi debent: ꝙ ampliari Re-gula odia li. vi. Maxime in casu nostro: vbi per causa-lem illam Quo circa inquit summus Pontifex: quia fuit ad nos appellatū: idcirco vobis cōmittimus &c. Innuens se nō moueri ex amplitudine potestatis sue: q plura cōcedere velit: quā a partib⁹ desideret: sed qa appellatū: ideo cōmittit: nimirū nō aliter ꝙ per viam appellacionis causam discuciendā. His igitur suppo-sitis tāꝙ veris: qntū ego rem intueor: qd nūc sit officij vestri: iura ipa declarant: psertim cle. sicut de appella.

Decreuerā plura scribere: sed quia questionum dis cussio lōga est: & si precedens decisio vera sit: non est modo necessaria: ideo cū bona venia vestra: in reliqs supersedebo. Si hoc vnum subiūxero: videri mihi la-tam admodū: & fere illimitatā cōmissionē datā a Pa-pa illi Commissario: qui Monasterium illud visitare ac reformare debuit: psertim in ea clausula Omniaꝗ alia ac singula in pmissis: & circa ea necessaria: p te vel alium seu alios facias: exequaris & disponas: put tuę consciencię visum fuerit expedire. Notandū verbum consciencię: et verbū visum fuerit. Nam licet qn alias onerat cōsciēcia alic⁹: tenet ille nihilomin⁹ eā tempe-rare ad termīos iuris: iuxta glo. in c. statutū. §. assesso-rē de rescrip. li. vi. tamen quia sumus in materia refor macionis & correctionis regulariū: in quibus non re-quiruntur iuris solennitates c. qualiter el. ij. in fine de accusa. c. p tuas ad fi. de symo. ideo nō habet hic locū.

Et omnia que contra hoc dicit Spe. in to. ti. de inquisicio. non habet hic allegari: quia non in regularium visitacione: sed aliorum loquitur. Et quando non fuit commissum: ut cōsciencię suę visum. Maxime/quia eciā per verbum visum fuerit expedire: commissio facta est. Quo casu videtur datum liberum arbitriū iudici ut not. Antho. de But. in c. i. de consti. per c. ij. de iura. calum. li. vi. Sic autem procedi ut pcessit: forte visum fuit illi Commissario expedire: & reuera si condicio tempor & Patriæ et vsus seu obseruancia communis attendenda sunt iudici: iuxta l. aut facta cū si. ff. de penis. Hoc modo vidimus omīa Monasteria ad regularem obseruanciā post lapsum reduci: quæ ętate nostra fuerunt reformata. Quid ergo peccauit bonus homo: si id sibi visum fuit expedire: et necessariū esse: per quod vnicū ad effectum potuit deducere mādatum Pape? Vnde iniusta videtur fuisse appellacio Primo: quia a correctione superioris: id est Commissarij Pape c. reprehensibilis c. cum speciali in fi. de appella. Secundo: quia a facto illius: cuius consciencia fuit onerata: ut not. glo. in d. §. assessorem. Et licet glosa in cle. i. in verbo oneramus de iure patro. videatur sentire: q ea que relinquūtur cōsciencię alicuius: possint adhuc in dubium reuocare corā superiori: tamen ut prosequitur ibi Card. & lacius Io. de Imol. hoc non ita plane procedit. Et in summa superior ut dicunt: ut pote iudex appellaciōis: si inuenerit illum hoc modo Cōmissarium processisse prout putauit procedendū: & nō offendit legem dei: nō iudicabit appellacionem seu querelam iustam. Q autem in proposito ita sit: si audiant testes partis Reę: præsertim quatuor in ordie vltimi: facile apparebit. Quantū ad terciā questionem Q pp ter scandalū vitandū: restitucio in possessorio sit neganda: tenet glo. iij. q. i. in summa Fred. de

Senis consilio cc.lxxxiiij. Antho. de But. in c. ex parte de resti. spol. in vl. col. Ange. & post eum Alex. de Imola. Dñs meus in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poss.

Casus quidam.

Plebanus ecclesię parrochialis in. N. Spireñ. diocesis: misit quendã presbiterũ Constancieñ. diocesis ad Vicariũ in spũalib⁹ Spireñ. Epi: ꝓ licẽcia et admissiõe celebrandi in diocesi Spireñ. ac cõmendas deseruiendi: sibiq; Plebano in diuinis adiutoriũ faciendi. Vicarius eidẽ presbitero ut missas celebrare: nõ aũt cõfessiones audire: vel publice prędicare valer et indulsit: reputãs eundem pro eo tempore ad hęc duo non esse sufficiẽtis litteraturę. Insuper idem Plebanus a dicto Vicario Episcopi obtinuit: sibi impertiri & concedi auctoritatem absoluendi in casibus Episcopo reseruatis pro se et alijs quatuor sacerdotibus habilibus & idoneis: q̃s duceret assumẽdos: ad audiendũ confessiones subditorum suoꝝ tẽpe Quadragesimę. Sicq; idem Plebanus dictũ presbiterũ loco illoꝝ quatuor nomĩauit: et ad audiendũ cõfessiones admisit: cui multi ex subditis cõfessi sunt. Cũ aũt expost cõpertũ esset: ꝙ Plebanus dictũ presbiterũ ꝑter licenciã Vicarij: ad audiẽdũ cõfessiones admisit. Dubitabat: an cõmissio facta p Plebanũ tenuerit? Et absolucio p dictũ presbiterũ facta rata esse deberet an irrita? Nonnullisq; ꝙ rata sit: alijs ãt cõtrariũ asserẽtib⁹: immo dicẽtib⁹: ꝙ quilibet eoꝝ/ q eidẽ cõfessus sit: nõ sit absolut⁹: sed teneat suã cõfessionẽ iterare. Ex q̃ non mediocris ortus est clamor: & error in populo. Dubitat quid iuris? Et maxime. An dicta absolucio de rigore iuris sit nulla et irrita: vel an sit valida? Et an confitentes huiusmodi: teneant iterare cõfessionẽ: vel saltem Episcopus possit ratam habere absolucionem?

Consilium dñi Petri Schotti ad resolucionē suprascripti Casus.

Duabus vijs saluari potest: nisi erro: ꝙ hic sacerdos de quo fit questio: habuerit iurisdicionē in subditos illi⁹ Plebani: et sic potuerit eos absoluere. Prima est via de legaciōis. Nã cõmunis est opinio: sacerdotē parochiã nũ posse delegare iurisdicionē suã alt̄i sacerdoti: eciã alias iurisdicionē nullam habenti: dũmodo tñ se non ꝓrsus exoneret. Ita firmãt Doct. in c. omnis de pe. & remiss. Paulus de ligia. Card. Ab. Io. de Imol. in cle. i. de priuilegijs. Itaq; si sumus in terminis iuris cõmunis: planũ erit quod querimus. Nã cõstat Plebanum delegasse seu cõmisisse huic iurisdicionē. Q; si forte cõsuetudine diocesis: ius illud delegandi sit restrictũ: ita ꝙ nõ possit alicui iurisdicio curata demandari: nisi qui prius admissus sit ad tales actus: per Ep̄m vel eius Vicarium: quod quidem fieri potest. Quia sicut cõsuetudo dat iurisdicionē l. viros. C. de diuers. offi. lib. xij. c. cum contingat de fo. compe. ita eciã potest eam tollere ar. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Tamen adhuc videtur in casu nostro illam delegacionem subsistere: quia videtur Vicarius Episcopi vices suas cõmisisse illi Plebano: ꝙ assumat aliquos abiles ad illam iurisdicionem. Et presuppono ꝙ Vicarius tanq̃ ordinarius in his: possit vices suas alteri cõmittere: vel ex indulto Episcopi: vel ex consuetudine. Nam pur⁹ Vicarius alias delegare non posset: not. glo. in c. clericos de offi. vicar. Doc. in cle. & si principal' de rescrip. Hoc igitur supposito videntur electi per illum Plebanum ex cõmissione Vicarij: omes habere iurisdicionē eciã Episcopalē. Et licet forsan trãsgressus videat̄ fines mandati: in eo ꝙ elegit & assumpsit hũc: qui nõ fuit vsq;quaq; habilis ex defectu litterature: & in hoc peccauerit: tamē ex hoc solo assumpcio nõ est nulla.

Nam hec verba: eligas habilē et idoneū: sonāt in modū seu admonicionē: nō in condicionē ut dicit Vincen. in c. ex parte de consti. & Ab. in c. ex insinuacōe de rescrip. Inno. in c. fi. de p̄sump. glo. ī cle. i. in verbo repererint de offi. dele. Vnde licet nō sit habilis: adeo ut iura requirūt eum esse: qui animarꝝ cure se immiscet: seu cōfessiones audire p̄tendit iuxta c. quem penitet de peni. dis. i. & sic peccauit ille eum assumēdo: & hic se ingerendo. Tamen quia multa fieri nō debent: que tamen facta tenent c. rursus qui cle. vel vo. ideo si substancialia nō defuerūt: hoc est: q fuit sacerdos: & nō errauit: ligando absoluenda: et absoluēdo ligāda: et formā absolucōis debitā adhibuit: videt q sacramētum cōtulerit in effectu: quia eciā fuit materia ibi capax illius forme: scilicet poenitēs subditus p delegacionē ut dictū est. Secūda est via ꝓrogacionis: si velimus sequi Abbatē in d. cle. i. de priui. post Ostieñ. in summa de poeni. & remiss. §. igit cui. Dicit em q quilibet sacerdos habet potestatē clauiū: hāc em recoepit in sua ordinacione. §. ecce iunc. c. ex auctoritate xvi. q. i. Exerciciū aūt nō habet ex defectu subditorꝝ: vnde ex q aliqs se potest illi subijcere legitime: potest suā in illū potestatē exercere. Et hoc dicit sibi nouissime placuisse: licet Doct. in d. c. omnis. & in d. cle. i. senserint contrariū. Nam Iura p eos allegata loquunt in nō habēte ꝓrsus iurisdictionē: secus in eo qui habet eam in habitu: nec exerciciū est interdictū nisi subditorū defectu. Ad hoc adducit notabiliter q le. & no. in l. i. ff. de iudi. vbi patet q illorꝝ iurisdicio nō habenciū actu subditos: potest p alios ꝓrogari. Hoc vltimum sentit eciā Ab. in c. p. et. g. de offi. dele. In ꝓposito igit illius Plebani potuerunt se legitime subijcere illi sacerdoti: quia de licencia ꝓprij sacerdotis: de qua certis indicijs cōstabat. Vnde videtur: q ipse iurisdicionē suā habi-

tualē potuerit in eos dęducere in actum. Hęc via pla-
na esset et ꝓbabilis: sed quia cōmuni opinioni aduer-
sat̄: ideo est ꝑiculosa. Et ꝑ eam in effectu ꝑ indirectū:
eneruaretur illa cōsuetudo laudabilis: ꝙ null⁹ haberet
auctoritatē confessionē audiēdi: nisi interueniēte cō-
sensu Epi vel Vicarij: de qua supra dictū est. Nā suf-
ficeret licencia ꝓprij sacerdotis: data subditis ut cōfi-
terent̄ &c̄. cuicūq;. Ideo tucius erit amplecti primam
viam: nisi eam precluderet adhuc: ꝙ forte mens Vica
rij Epi: cōmittētis electionē illoꝝ quatuor illi Pleba-
no: fuerit / ꝙ nō posset assumere aliq̄s: ad casus Episco
pales auctoritatē habentes: nisi q prius admissi essent
ad regimen animarū per ipsum. Q̄ꝫ si deprehenderet̄
ex declaracione mentis domini Vicarij: ad quem hoc
interp̄tari spectat l. si quis intencione. ff. de iudi. l. ne-
racius. ff. de reg. iur. ꝙ ille om̄ino nullā sortiri potue-
rit iurisdicionē ex assumpcione Plebani: quia scilicet
Pleban⁹ ex se illum ad hoc delegare nō potuit: obstā-
te cōsuetudīe: nᶜ cōmissio Vicarij ad hūc se quōlibet
extēdebat. Tūc dubiū erit: q̄d senciedū sit de absolut;
ab eo in cōfessione: q̄s tn̄ nitebat̄ absoluere. In q̄ vide
tur dicendū cōformit̄ ad glosam in c. dudū. ij. ī verbo
decepte de elect. quā ibi notāt & sequūtur Doctores:
ꝙ tales sic saluant̄: ꝓpt̄ fidem quā habebant de sacra-
mento: cū crederēt illū esse sacerdotē ꝓpriū: ꝑ ea q̄ ibi
allegant̄. Ad hoc confirmandū adduco q̄d vo. Archi
dya. in c. nullus in Ep̄m. lxij. dis. qui dicit: ꝙ actus ei⁹
qui habetur ꝓ Prælato: eciā si nō sit: valent ex ęquo et
bono: propt̄ cōmunem ignoranciā. Ad idem q̄d vo.
Inno. in c. cum dilecti & in c. nihil de elect. & Io. An.
& Ab. in c. quod sicut e. ti. Vbi dicunt: ꝙ licet cōmu-
nis error non faciat aliquem Prælatū: tamen cōfirmat
& validat gesta per eum: per l. Barbarius. ff. de offi.
pretor. Et loquūtur eciam ibi in spiritualibus. facit c.

i.ꝟ.ꝙ si seruus.iij.q.vij. Ad idem facit illud vulgare: q opinio ꝑfertur veritati:in causis fauorabilibus vbi nemo lederetur; deducit Ostieñ.et Io.An.in c.nuper de biga.& Io.An.in addi.Spe.in ti.de notorijs crimi. §.fama. Absolucio autē est fauorabilis l.Arrianus.ff. de actio.& obli.& ꝑ eā nemo ledit.Et hoc maxime videtur in proposito nostro: vbi ea que de iure diuino huic sacramento essencialia sunt:nō fuerūt ꝑtermissa quia per habentē claues ecclesię fuit pœnitenti impensa formalis absolucio:quod in primitiua ecclesia passim licebat:ut dicit Scotus in .iiij.dist.xvij.arti.tercio et solū defecit solēnitas reqsita de iure positiuo scꝫ subiectio penitētis:qui ꝗ ius positiuū fuit factꝰ nō subditus.Nam nisi illa restrictio iurisdicionum per ius positiuum introducta esset:quilibet sacerdos posset quēlibet penitentem absoluere:ut dicit ibi Scotus.Illa ergo obmissio alicuius requisiti solum iure positiuo:videtur suppleri per errorem inuincibilem eorum:qui suscipiunt:ut in simili dat doctrinam Inno.in d.c.ꝙd sicut de elect.Idem sentit Richar. super quarto Senteciarum distinct.xviij.q.v.vbi dicit ꝙ innitens absolucioni eius qui non potest absoluere de iure peccat:nisi per ignoranciam inuincibilem seu probabilē excusetur. Hęc omnia tamen intelligo:ꝙ ꝗuis sic cōfessi non habenti iurisdicionē sint excusati:& corā deo absoluti:tñ ꝗprimū ad coꝝ noticiā deuenerit ille error:tucius erit:ꝙ iteꝝ confiteanť.Ita dicit Io.An.in d.c.dudū de elect.Ad hoc adduco glo.in c.fi.i verbo ministrare de presbitero nō bap.mi.& idem senciūt Ostieñ.& Doct.in c.i.de scisma.Idem sentit Antho. in summa cōfessionis parte secūda.§.iiij.in quarto casu:vbi ad hoc allegat Pe.Tho.Ray.Hostieñ. An aūt Episcopus ꝑ ossit ratificare absolucionem:que est nulla? Dico ꝙ ꝗuis Ostieñ.in summa de peni.& re.

dicat: ꝙ si absoluens ponat spem in ratihabicione pro priȷ sacerdotis: ꝙ absoluat: tamen cõmuniter non tenetur. Nam in his quę habent plus iuris ꝙ̃ facti: non est locus ratihabicioni: ut dicit glo. ix. q. ȷ. ca. i. Et ibi hoc sequitur Arhidia. loquentes de sentẽcia a nõ suo iudice lata. Et ita dicit Archidia. tenuisse Bart. Brix. in questione veneriali: maxime in sentenciȷs quę trahunt secum suam execucionẽ. Et exemplificat in sentencia excõmunicacionis: quę statim ligat aut est nulla. Idem Inno. & Ab. in c. prudenciam de offi. deleg. Sic eciam est in sentencia fori pœnitenciarȷ: quia in continenti absoluit: & si non absoluit: est nulla: quia falsa: quia dicit Ego te absoluo: & tamen nõ vere hoc dicit. Si ergo ab inicio nulla est: ex post facto nõ conualescit: regula non firmatur de reg. iur̃. in vi. Idem tenet Petrus de paludi allegatus per Antho. in summa confessionis parte prima c. iiȷ. Idẽ autor Pisanę summe cõfessione. iȷ. Et eciam si per ratihabicionẽ confirmari posset absolucio a non suo iudice lata: deberet fieri intra illud tempus: quo absolucio impendi posset: ut dicit glo. in R℞a ratihabicionẽ in vi. per iura q̃ allegat. Absolucio autem non posset impendi nisi penitenti & confesso: anteꝙ̃ nouũ peccatũ mortale cõmittat: et pari modo ratihabicio ante cõmissionẽ noui peccati fieri debebit. Attamen plus placet prima sentencia: ꝙ non possit ratificari: quia tempore ratificaciõis nõ inuenit̃ ꝙ possit ratificari cum sit om̃imodo nulla: ut dicit Inno. vbi supra. Quid autem faciat sacerdos: qui absoluit aliquẽ de aliquo peccato a quo non potest. Et an teneatur hoc intimare ei: qui se putat absolutum. Et quomodo ipse aget pœnitenciam: remitto ad Iohannem Nider in Manuali confessorũ in fine c. i. Et ad Anthonium in d. summa cõfessionis parte prima c. xȷ.

Petrus Schottus ad Euchariū Grosshug Ioahnitā
An liceat Religiosis nutrire comas.

Vrges ut scripto respondeam: duobus per te quesitis Primo: num sine peccato possit: vir præsertim sacerdos: orare velato capite: Deinde: an consuetudini introductę in Monasterio regulari: ut fratres clerici tondeantur: auribus non totis patentibus: possint se tuta consciencia regulares eius loci conformare: nō obstāte c. non liceat ij. xxiij. dist. vbi iubentur clerici esse patentibus auribus. Vellem profecto te consuluisse eos qui legum diuinarū periciores essent ꝙ ego: nam ex eis videtur questionum difficultas dependere: presertim prioris: quandoquidē Apostolus prima ad Corinthios. xi. capitulo: item Augustinus in libello de contemptu mundi: huic dubitacioni occasionem: ut tu ipse afferebas: suppeditarunt. Verum quoniā sentenciā meam audire desideras: non existimauerim me iuste id tibi posse negare: pro ea que ab ineunte ętate inter nos contracta est amicicia. Proinde: nisi fallor: idipsum quod tibi verbo responderam: iam ut scripto repetam: inductus sum & aliorum auctoritate & ampliori materię discussione. Respōdi siquidē: videri mihi consuetudinem in talibus: quę scilicet legi diuinę naturaliq;: aut bonis moribus nō aduersaretur: multum posse: immo ꝓ lege seruandam esse. Possem adducere innumera iura & leges: sufficiat c. illa. xij. dist. vbi Augustinus dicit. Quod em̄ neq; contra fidem: neq; contra bonos mores esse conuincitur: indifferenter est habendū: & pro eorum inter quos viuitur societate seruandū est. Atqui dices. Nonne legi diuinę cōtranititur: qui Paulo dicenti. Omnis vir orans aut ꝓphetans velato capite: deturpat caput suum: nō obedit &c. Certe si Scoto super tercio Sentenciarum dist. vltima: & sancto Thomę in prima secundę q. cviij.

Esset enim populus: quo nec foret ubere glebę
Lecior: aut animis maior in arma patens.
Pellęi facilis titulos vicisse tryumphi:
Inde Bohuslao Principe: & inde Petro.

Bohuslaus de Hassenstein Petro
Schotto Argentinensi.

Eloquium veteres clari mirantur Vlixis:
Mellifluisqꝫ canunt vocibus acta viri.
At nos maiori celebramur Petre cothurno:
Dulichiumqꝫ tuo vincimus ingenio.
Occeanæ totidem nō spumant fluctibus vndę:
Cum Boreas gelidi spirat ab axe poli.

Nec tot in Ethnea crescebant gramina valle:
Filia frugiferę cum raperere Deę:
Audes quot tu Petre: meas ornare camœnas
Laudibus: & superis arte referre parem.
Non sic doctiloquo Nemesis cantata Tibullo:
Non sic Nasoni dicta Torinna suo.
Cantibus innumeris / quē tu super astra tulisti:
Vix meruit Stigios non tetigisse lacus.
Quid iuuat ignoti generis primordia cantu
Promere: quid sterili condere semen agro:
Scilicet id studium Phębi: Museve requirunt:
Gorgoneumq́ gerens casta minerua caput.
Non ego supremi proles veneranda tonantis
Alcides: soboles non Citherea tua.
Non mea Pegasides cinxerunt tempora lauro:
Nostra nec Aonio labra liquore madent.
Haud tribuenda tibi iuuenum clarissime debes:
Tam falso titulis inseruisse meis.
Id tamen horrendo precordia nostra dolore
Perculit: hocq́ nephas excidit ore tuo:
Gloria nulla mihi: dicis tu gloria natum:
Cuius Appollineum corpore pendet ebur:
Doctius Ausonię quo nullus dogmata noscit
Grāmatices: Lacio sit licet orbe satus.
Sic nec Aristotiles cunctis vulgatus in oris:
Arte totam Logices voluit & ingenio.
Quid loq̄r altiloquū magni Ciceronis acumē:
Atq́ Melethęi dulcia plectra viri:
Ore tonas veluti volucer Tegeaticus esses:
Vt flegetonteas sistere possis aquas.
Hibleo melius sapiunt tua carmina melle:
Quicquid & Assirius gignit odoris ager.
Te duce Castalijs ęrumpūt fontibus amnes:
Et nemoris sacri frondia tecta virent.

Annęi Vatis pauci meminere Poetę:
Tu tacuisse suum non potes ingenium.
Nec te prętereunt: stellati lumina mundi:
Inter non Aries sidera clara micans.
Per mare coniunctã Frixo qui dętulit Hellen:
Dentibus & Tirium qui spoliasse solum:
Fertur Agenoream post hęc rapuisse puellam:
Oebalio natum: seu sit olore genus.
Et tepidus cancer Iunonis numine lucens:
Herculeęq; manens Sirius ore ferę.
Virginis Astreę radios tua pectora noscunt:
Quamve Poli partem Scorpius acer habet:
Centauriq; trucis: faciem grandesq; sagittas:
Quiq; nitet placidis cornibus Egoceros.
Et Ganimedeis vbi cœlum clauditur vrnis:
Atq; Dionea quo sit imago loco.
Quid referã gemĩas Arctos: toruũq; Dracone͂:
Gnosiacę liber queq; dedit dominę.
Talibus accedunt nebulę ventiq; feroces:
Siccaq; cur pluuijs sępe madescat humus.
Titan cur pelagi tociens se condat in vndis:
Rursus & Aeoas lumine lustrat aquas.
Te non Cadmeo medicatum vellus aheno
Commouet: aut flaui diues arena Tagi.
Te si dardanię vidissent secula cladis:
Atrides Pilio preposuisset hero.
Te si Socratico vixisses tempore: Phœbus
Cecropio potuit ante tulisse seni.
Nulla dies tantas moles lacerare valebit:
Virtutum superi fulmina nulla Iouis.
Tale igitur nunq; verbum labatur ab ore:
Gloria nulla mihi: gloria quippe tibi.
Rursus Barbarici Germanos saguinis esse:
Petre negas: veteres quod voluere viri.

Nos imitamur eos: veniam sed tarde precamur:
Compulsi scriptis cedimus ecce tuis.
Fœdus amicicie laudas: prisceq; cohorti
Heroum prefers: nec pudet ista loqui.
Ipse ne Peliaco patefœci robore Pontum:
Atq; Cyanei grandia saxa freti:
An ne meus genitor tumidū se iecit in equor:
Arce videns celsa carbasa nigra ratis:
Ipse ne ꝓ caro discrimen mortis Horeste
Aggressus: Piladis forcia facta sequor:
Ipse ne fulmineū Rutuli clamantis in ore
Mucronem fixi: tristia fata petens:
Præterea nos posse refers: depellere cæcum
Errorem: nostro qui viget in populo.
Quos nec Pontificum virtus immensa: superno
Coniunxit domino: nullaq; iussa Dei.
Ipsa Sigismundi cesserunt regna prophanis
Gentibus: & sacri fulmina concilij.
Et modo Pannonij certarunt pectore vasto:
Hij tamen infando nil nocuere gregi.
Tot magni cecidere Duces: sed perfida secta
Durat: & a cunctis inuiolata manet.
Sola dei pietas poterit purgare nephandam
Colluuiem: rabidas vincere sola feras.
Nec verum dixisse pudet: patrieq; furorem
Peruersum: fidibus exposuisse meis.
Tu requiem genitor miseris da: & pristina confer
Tempora: quę nostri quondam habuere Patres.
Nos te (quem ingenio grandi florere videmus)
Diligimus: veluti maximus Eacides
Patroclum coluit: vel ceu preclarus amasse
Dicitur: Atrides tu Menelae tuus.
Sidera dum celo stabunt: dum montibus Orni:
Equore dum pisces: tu mihi carus eris.

Prisca iuuent alios: nobis placuere diserti
Scripta Petri Vatis: quem superasse ferunt.
Bistonij citharam: fibrisq; Amphiona notum:
Atq; lirę cantus Pindare docte tuę.

Mittit Carmen in refectionem balnei: de tribus Iohannibus.

Petrus Schottus Egregio sacrarum lrarum Doctori: dño Iohanni Geiler de Keisersberg. S.P.D. Animaduertens præclarissime Doctor: eũ apud nr̃os morẽ inoleuisse: ut si q̃s sibi vel meritis vel familiaritate iunctos: thermis indulgere resciuissent: cõtinuo eos vł balneãtes donis: amiciciã præseferẽtib⁹ oblectẽt: vł reuertentes / hospitalitatis muneribus excipiãt: existimaui nõ ab re fore: si lucubraciũculas nr̃as: q̃s te iubẽte suscepimus: hoc p̃cipuũ tp̃e tibi dedicãdas iudicarẽ: q̃ adhuc virtute balnearum mollior: & varijs ut fit oblectamẽtis delicacior: cõsuetis antea serijs: atq; alciori mẽtis acumini: nõ satis cõsulto animũ q̃primũ appelleres. Cõspicaberis itaq;: donec tibi p̄ ociũ licebit: modos nr̃os inanes: atq; incõcinnũ Carmĩs tegmen. Sed q̃d nõ sine fideli obseruãcia ordiendũ sũpsi: & qdẽ argumẽti dignitas: q̃d ingenioli mei vires lõge vincebat: incõptis versibus erit excusacioni. Q̃ñ profecto humeris meis nequaq; tm̃ oneris imposuissem: si nõ autoritas me tua / cuius iussa nisi ingratus: subterfugere nõ poterã: coegisset. Plane accurate studui: ne qd interseverem: q̃d sctã Christi doctrina imbutas aures: Poeticis cõmentis offenderet: q̃d ve alienũ ab eo / q̃d in re obtinet: q̃uismodo dijudicare posset. Atq; id forsitan / nõ nihil Carminib⁹ decorẽ ademit. Verũ vtcũq; fuerint: trutinã tuã: sed nõ matutino sup̃cilio seuerã: expecto. Quod si tibi p̱bari sensero: satis sup̄q; glorię mihi cõparuerim: atq; id q̃d nõ tã q̃d scite mihi p̱suadebo fœcisse: q̃ q̄ tibi ex sentencia tua morem gesse-

ro. Vale: doctrinę Religionisq; columen.

Petri Schotti Carmē: pro implorādo patroci
nio Iohānis Baptiste: Euāgeliste: & Crisosto
mi: ex psona Doctoris Io. Keisersbergij.

Summe opifex rerum: lapsiq; redempcio mūdi:
Tocius humani plasmatis vna salus.
Spes simul atq; timor cunctis: qui numine solo
Hęc premis: hęc laxo surgere fune iubes.
Ipse tuum tremulus querens ambire tribunal:
Me tibi suppliciter dedere constiteram:
Cor sed enim trepidat: siccis vox faucib⁹ heret:
Tanti etenim vereor Principis ora miser.
Sed qd ago? vict⁹ne abeam? quin sedul⁹ instem:
Et quod nostra negat: vox aliena ferat.
Patrono ergo opus est: grato tibi quiq; fidelis:
Facundusq; mea de racionę ferat.
Calleat argutas hostis risisse cauillas:
Meq; reuertentem cōciliare tibi.
Attamē en dubius primū quē deligo: cum tot
Cœlicolas toto cerno sedere polo.
Hos ob saguineas circūdat laurea pugnas:
Horum virgineo vertice oliua viret:
Hos ob doctrinas hederę cinxere feraces:
Cętera de mirti palmite turba nitet.
Tota quidem fandi doctissima concio: tota
Iudice delecta: fidaq; tota suis.
Omnigena vero Sanctorum laude decoros/
Nominibus trinos conspicor esse pares.
Non tres pręterea totis ex milibus istos
Equent: si claros quosq; ab honore petas.
Virginea redolent olea: baccisq; choruscant:
Atq; hederę latas fert sibi quisq; iubas:
Est vox: est volucer: est aureus ore Iohannes:
Hos mihi patronos opto: reposco: lego.

De S. Iohanne Baptista.
Principio te Baptistam mea Carmina cantent:
Tuq; clientelam sumito prime meam.
Ipse redemptoris sponsi clęmentis amicus:
Septus adhuc vtero: vatis honore micas.
Q uādo tuā grauidā matrē dum Virgo salutat:
(Virgo inquam magni nobilis archa Dei)
O decus o summi rarissima gracia Patris:
Prętentem plausu prodis adesse Deum.
Q uodq; nequis infans claris predicere verbis:
Exultans gestis: insinuansq; colis.
Post hoc aereas sanctus transfusus in auras
Nondum firmatis artubus: antra petis.
Pellacisq; cauens falerata pericula mundi:
Ni fugeres: neuo vix caruisse times.
Extemplo veterum transcendis munia Vatum
Q uem tu prodis ali pcinuere modo.
Inde tua cupiens opera: qui venerat vndas
Sanctificare deus: te patre tinctus aqua est.
Tantū quinecíam tribuit tibi: maior ut omni
Prole esses (sese iudice) fœminea.
Ergo potens: facilisq; meę concedito causę:
Simq; tui iubeas: gratus vbiq; cliens.
Ad te etenim palmas supplex desideriorum
Pretendo: & cupidis faucibus asto tibi.
Tu flexo affatus celestem poplite Regem:
Acceptum verbis me sibi redde tuis.
Inq; sui rogites: clęmens me sumat amorem:
Et docto illustret: pneumatis igne sacri.
Seq; det exultem tantum presente: caduci
Omnis pertesus: quo suus alget amor.
Nominis hinc ꝓ laude sui: verbumq; operūq;
Indice: mortales instituisse queam.
De S. Iohanne Euangelista.

Nūc & amate deo: & nimium dilecte Iohannes:
Cui secreta poli prodere visa datum.
Te coram precibus animam ꝓsternere certū est:
Vt pernix cause propiciere meę.
Te patruele quidem mortalem sumere vestem:
Pro nostra ratus est ipse salute Deus.
Quippe alio quā tu: Iesus haud ē stemate nat⁹:
Quāq̄ tute alio sanguine prodieris.
Quomodo nō mea mēs sūmo afficiat amore:
Eius precipuū/quem Iesus ardet amans?
Cur non contrectem: liquido tua tempa corde:
Pectore quę somnū sustinuere Iesu?
Dum caput in dominum/cena mœrore sup̄ma:
Oppressus iaciens: traditor ecquis? ais.
Passim conuiuis obmutescentibus: ipso
Conniuente Petro: tu pia mella bibis.
Mella: recūbis em̄ sapienti in pectore Christi:
Hincq̄ archana Dei: numina doctus abis.
Sed quid in his tanto ꝓducam carmina nisu?
Cum te maior adhuc laus retinenda manet.
Nempe quis hic qui fido adeo spectatus amore:
Tam lento in Christum vimine vinctus erat:
Attonitam moriens vellet cui credere matrem?
Quippe eius nato quæ foret orba nouo.
Non alius: sed quem memoro: preclare Iohānes
A Christo tantū pignus amoris habes.
Qui iamiam moriens: mulier tibi filius inquit:
Ille erit: en genitrix hec tibi nate tua.
O predulcis amor: mutue o flagrancia mentis:
Diligit ecce Iesus: diligiturq̄ Iesus.
O fœcundus amor Christi: velut igne Iohannē
Imbuis: inq̄ vicem cogis amare Iesu.
Hinc te stelliferas Aquilā transscendere moles:
Esse datum: & quod amas: & q̄d amaris agit.

Nam quid te potis est: ardens celare Redemptor?
Sed quid inexpertum linquere vellet amans?
Ergo hac non alia poteras (verbum caro factum est
Principio quod erat) significare via.
Et cum serpat humi: sensuique obnoxia tantum
Dogmata perquirat: bos leo sit vel homo:
Tu super humanas cæca caligine nubes:
Prepetis instar auis: transsilijsse potes.
Solisque ęterni radiancia fulgura: lucisque
Abdita: palpebris perspicis vsque statis.
Assis ergo mihi Princeps preclare: Iesumque
Dulciter amplexum nomine prende meo.
Mellifluique petas: diuinum roris amorem:
Qui placidus letum prestet adusque meum.
Insontesque mihi iuueniles innouet annos:
Non secus atque aquilam rursum adolere sinit.
Splendeat inde meis tetris lux vera tenebris:
Qua tu polluces: qua micat omnis homo.
Scilicet alta dei cum sit mihi clara voluntas:
Hanc alijs monstrem: dum prius ipse sequor.

De sancto Iohanne Crisostomo

Tercius auriuomo qui nobilis ore patronus:
Eligeris multa cum pietate mihi:
In tua me promptus cupidum munimina sume:
Et mea presidio dilue probra tuo.
Tu vere egregijs: diuino operatus in agro:
Horrea christicolum fructibus ampla reples.
Dogmate qui lepido fidei penetralia sacrę:
Et credenda doces: & facienda iubes.
Pręsul enim poteras: Sanctus bonitate volebas:
Et quo perficeres: doctus & aptus eras.
Cecropia teneram coluisti fruge iuuentam:
Hinc tua rimatur lectio tota deum.
Presbiter hinc casto ut thalamo fruerere seuerus:

Vix bene mansuetus: feruidus vsq; manes.
Palponūq; horrens mores: neq; blanda profatus:
Vt tumido ignorans te fore corde putet.
Verum precipue populo prodesse docendo
Callidus: in solium Pontificale daris.
Deliros igitur culpas dum Canone cleros:
In te cunctorum concita mens odio est.
Nempe vel in procerum reprobos cōsurgere mores:
Audes: iusticie tam tuus ardet amor.
O bene deuinctum Christo: O constancia recti:
Quem penes haud ulię p̄ualuere minę.
Bis daris exilio: sacra prohibere cathedra:
Scilicet Auguste q simulacra vetas.
Omnia sed paciens toleras: donec tuus artus
Exuitur fluidos spiritus: alta petens.
O quanto afficeris merito tunc sanctus honore.
Vbere q; miro dęmetis ante sata.
Hic tibi meta datur: vitam concita per omnem.
Hic tua per clarum cernere dempta fides.
Spes perit: optata quod iam pociare salute:
Quo sine nemo placet: permanet vnus amor.
Ergo mihi dextram placidi pretende patroni:
Et mihi subsidio sępe vocate veni.
Fac mea dispereant racioni obstancia sane
Nubila: fac verum: fac reprobumq; sciam.
Quod deus omnipotens metuenda puniat ira:
Quod ve deo gratos reddere possit opus.
Sic notam facilis virtutem prosequar vnam:
Sic magis aspidibus: execrer omne nephas.
Non amor a iusto: Siculus nō ipse iuuencus
Me moueat: solus cor regat ipse Deus.
Quod loquar ipse regat: regat om̄e q̄d egero: nullas
Insidias hostis preualuisse sinat.
Scilicet ut viuens: tanto munimine fretus:

Dum mandatorum limine cautus eo:
Fœlici merear mortalia claudere fine:
Perpetuumq; deo soluere laudis opus.

Mittit huic quoq; Carmina de tribus Iohannibus.

Petrus Schottus / Primario atq; prestabili viro Sigismundo Gossenbrot Augustensi. S.D.P. Cū dieb⁹ superioribus: Insigni diuinarū lrarū Doctori Iohanni Geiler de keiserſberg / numeros nr̄os edidisse: q̄s eo iubente: p implorādo p̄sidio diuorū Iohānis Baptistę: Euāgelistę: simul & Crisostomi conscripserā. Cūq; dehinc q̄plures illos a me exigerēt: te mei amātissimū / dignū putaui: cui ipsos istos / antea q̄ cęteris: dono darem. Scilicet / ut si a te mea (cuius iudiciū maximi facio) pbari sensero: alijs dęposcentibus: attenciorē aurē adhibeā. Accipies itaq; hos nr̄os versiculos: & si nō Caballino fonte: Aonidūq; Nympharū suauitate respersos: at optimi maximi Dei: atq; verorū celitū glīa fulcitos. Plane q̄d & religione delectaris: & Carminib⁹ voluptati tibi venerint ampliori lucubraciūcule nr̄ę: quę sub Carminis specimine religionē p̄seferūt. Equidem eos p̄cipuū Heroes canūt: q̄s tibi dilectos esse Patronos & vita tua declarat: & cōuersacio. Vtriusq; enim Iohannis: Baptiste inq̄ & Apostoli: templo cōsitus: eorū fratrū qui inibi sūma cū sanctimonia degūt: consuetudīe q̄ familiarissime vteris. Aurati vero oris Iohannē: nō deamare nō potes: quē tantope disciplinis omnib⁹: & celesti in terra vitę: qb⁹ tu quoq; accurate studes: opam impendisse noueris. Audi igitur aure candida: Petrum tuum canentem: & te iudice castiga ut lubet. Vale.

Epithalamion Petri Schotti in nuptias Mathię Hungarorū: & filie Ferdinādi Neapolitanorū Regis. Anno xp̄i. M. cccc. lxxvij. celebratas.

Psallite nūc iuuenes: Hymeneū psallite patres:
Virgineis resonent sidera carminibus.
Nunc iuuet assidua membra exercere palestra:
Et lucta innumeras conseruisse manus.
Hastica nunc sponte subeant certamina fortes:
Et forti exhibeant forcia dona viro.
Regi en Mathiæ/quo non insignior alter:
Et fama armorum iusticiaqꝫ viget:
Regia spondetur proles: quā maxima mittit
Parthenope: formaqꝫ & bonitate Deam.
Quę si Priamidis discrimina iusta subiret:
Inferior longe se Cytherea foret.
Quare agite o verū colitis quicunqꝫ Creantem
Christicolæ: laudes nunc ferat omnipotens.
Mathias etem̄ vestris qui ex hostibus vnus:
Victor sæpe fuit: sæpe futurus erit.
Magnanimū propria producet imagine natū:
Inuictus Christi qui modo tutor erit.
Ergo omnes hilari tedarum gaudia plausu/
Concelebrent: cantu leticiaqꝫ colant.

Petri Schotti Elegiacū ad Iacobū Vuimpfelingū Sletstateñ. responsiuū. Quo inuitat eū ad scribendū: de Carolo Burgundionū Duce: ꝑ Alemanos deuicto & occiso.

Quos mihi dulciloq̄ numeros libramie cōptos
Misisti nuper: concio tota petit:
Miranť Iacobi noua carmina: miror & ipse:
Attonitusqꝫ tuos sæpe reuiso modos
Te Vatem inuenio: faueat cui docta camœna:
Maxima qui nostrę spes regionis ades.
Fortibus Archiuū ceptis/dū pergama flammę
Subruerent: Vates doctus Homerus erat.
Aeneadū casus varios: atqꝫ agmina Thurni
Nobile Virgilij perpetuauit opus.

Hemonie turmas: & pila minancia pilis:
Lucanus seclis cõmemoranda dedit.
Papinius fratrũ veteres turbancia Thebas
Prelia: concinnis fœcit aperta modis.
Te superis nostro natum esse fauentibus ęuo:
Quisquis ait gratus: cui tua musa patet.
Forcia nam sperant: nostrum te Vate virorꝫ
Arma: poematibus tempus in omne dari.
Quippe canes rabido qui temneret om̃ia fastu:
Precipitem nostris bella parasse Ducem:
Cõtra magnanimi: ꝓ libertate repones:
Vt nostri irruerint: hic eques: ille pedes.
Fiderit vt pedibus quociens Dux ille superbus:
Institerit tociens nostra subinde manus.
Nec potuisse tamen vitę data terga pedesꝗꝫ:
Consulere in finem: nõ gen⁹/astum/& opes.
Meonidem illa canẽs equabis: & arte Mineruę
Germanũ ęterno nomeñ honore feres.
Scilicet immani cũ sint obnoxia leto
Cũcta: fugant rapidos carmina sola rogos.
At mihi pelligno tribuis quã carmine laudem:
A te quod venit: non quia digna: placet.
Nam licet Aonio neqꝫ labra liquore madescã:
Nec mea Calliopis tempora fronde micent.
Ipse licet scombris Phariam qui perdo papyrũ:
Obsequar: & tinnis sit toga quicqd aro:
Me tamem insignem tãti fœcisse Poetam:
Glorior ęterno concinuisse pede.

Petri Schotti Elegiacũ de morte Rodulphi Agricole Germani: ad Adelphũ Ruscũ Ciuem Argentinensem.

Ludere iã placidis meditabar Rusce camœnis:
Aptabamqꝫ meos ad tua vota pedes:
Hei mihi scribenti: ꝓ lusu luctus obortus.

Calliopen mœstis compulit ire modis.
Dulcia num cēses me carmina promere quisse:
Quū fugiat nostrū candida Musa solum:
Quid querar: an totū nudabūt verba dolorem:
Quem vix sustineant pectora nostra pati:
O decus: O nostrę clarissima gloria terrę:
O qui Germanis vnica lima fuit.
Qui prim⁹ nobis Graiam Ausoniāq; Minervā
Vexit: & Aonias ex Helicone Deas.
Cœperat & iuuenū scabra sartagine liguas
Radere: & in nitidos arte polire sonos.
En tumulo p̄mit̄: qui se nostras quoq; secum
Ingenij vires: condere visus humo.
Post modo forte tibi nostrū deflebo Rudolfum:
Et lugubre nimis carmina mesta canent.
Sic noua plaga mihi p̄cordia p̄culit: ut iam
Scribere singultus: cordaq; fracta vetent.

Petri Schotti Carmina q̄ Ludimagistris Ar-gētinensib⁹ fœcit: p̄ scholarib⁹ suis: ut ea a festo diui Nycholai ī tēplis in octauaq; In-nocētū in plateis: palā triuarijs vocib⁹ de-cātarēt. Et primo Elegiacū. in scholis Sctō-rū Petri & Mihaelis. Anno &c̄. lxxxi.

Argumentū hui⁹ Elegiaci est ut more aliorū artificū scholares querant & p̄ceptores & doctrinas nobiliores.

Quernis molitur quisqs compagibus ędes:
Tentat dedalijs p̄ximus esse vijs.
Lysippū supare student: qui marmora cęlant.
Pictor Appelleū vincere: gestit opus.
Quoslibet obserues: vilis sit cerdo coquus ve:
Culmina quisq; sua certat in arte sequi.
Scilicet id laudem generat: p̄ciū quoq; laudis:
Scita dat artifici dulcia lucra manus.

Quid pudor o pueri: ligue preclara latinæ
Quū passim occurrant: turgida scripta legi:
Asse licet veneat: magni iam musa Maronis:
Et scombris Cicero det licet ipse togam:
Crassa tamen crassis blateronibus acta iuuētus
Pergit: & illepidos fundit ab ore sonos.
Quid iuuat innūeros tociēs iterasse Modistas:
Si nequeas docte subdere verba decem:
Expedit affatus cicius quā regula liguam.
Verba latina cupis: verba latina lege.
Ergo tibi vocem Romana volumina fingant:
Sic tamen ut vitam lex regat vsqꝫ Dei.
Nempe fugit sceleri vinctā sapiencia mentem:
A domini veniens incipienda metu.
Aliger e cœlis stricto fugat ense nocentes:
Pandere quos nobis Clauiger alme velis.
Petri Schotti Elegiacum ad S. Nycholaū:
Anno Christi. M. cccc. lxxxiij.
Annua qui trisonis modulamur carmina liguis:
De pueris pueri/gaudia longa damus.
Nancqꝫ ferunt calidi feruenti gurgitis ęstu/
Exanimes liquido tres perijsse toro.
Cuncqꝫ parens misero quereret in ęthera plāctu:
Partam ꝓsidio spem Nycholae tuo.
Non hoc Pæonijs actū: quis Virbius herbis
Lucem phæbigenę fertur adeptus ope:
Nec ꝙ tartareas testudine mulceat Orpheus
Arguta Eumenides: ancipitem ve canem:
Sed quia iustorum precibus nil abnuit idem:
Qui Stiga qui cœli sceptra potenter agit.
Feruida quos vnde teneros elementa necarant:
Restituit meritis o Nycholae tuis.
Hinc recidiuorꝫ pariū monimenta: quotannis
Laudibus exultat turba pudica tuis.

Tuq; voluptatum ne sorbeat vnda precantur:
Retibus ut coeli in littora Petre trahas:

Petri Schotti Elegiacum contra duriciam hominũ: quę neq; beneficijs: neq; plagis diuinis emollit. Anno. M.cccc.lxxxiij.

Ergo ne diuinis tandem parere iuuabit
Legibus: an satis est talia iussa dari?
En dum signiferum Phoebus ter circuit orbem:
Penas innumeris pendimus vsq; malis.
Arua quidem vastis populati fluctibus amnes:
Vrbes colluuie diripuere graui.
Hinc glebam inficiens putris liquor: aera foedans:
Corripuit miseros peste fameq; viros.
Nulla mali deerat facies: quin perfidus hostis
Conatus sociam vi temerare fidem.
Scilicet his sese metui Pater ille flagellis
Tunc monuit: blanda nũc docet ecce manu.
Vbere pressa gemunt Cereris granaria flauę:
Nec capitur Bacchi copia tanta cadis.
Quare age vel placidum digno verearis amore:
Atq; tremas: supplex has quoq; iunge preces.
Magna parens: nam tu nostrę spes vnica sortis:
Cum tuus inuitet filius atq; trahat.
Fac pocius gratos per ꝓspera quęq; placere:
Fractos infaustis ꝙ dare terga malis.

Petri Schotti Heroicũ vaticinium future sortis. Anno Christi. M.cccc.lxxxv.

Seria sub tenui quondam contexere versu
Coepimus: & placidis simul inuitare camoenis:
Auersas hominũ mentes: ut tempora vitę
Summo grata Deo referant: ęternaq; legum
Iussa reformident infringere turpibus ausis.
Sed quid profuerat seueri iudicis iras:
Dona q; munifici ꝙ plurima nectere patris?

Illis se metui cupientis: & his adamari.
Nam nullam meruere fidem: puerilia plebi
Carmina: quin veteres colat impterrita mores.
Quis non soleant (non est hęc irrita fama)
Mentiri pueri: nam nil simulare peritæ
Innocuæ lux diua solet lucescere menti.
Forsitan haud decuit: tantū concredere pondus
Exiguis Elegis: qbus aut querimonia tristis:
Aut cor sollicito miserum cantatur amore.
Sed non e numeris metiri vera merentur:
Que stant mole sua: neq3 enim despexeris aurū
Quod terra: aut caras quas edūt littore gēmas.
Verum grandiloquo qui verba requirit hiatu:
Arrigat in celos interni verticis aures:
Et discat quid fata velint: quid sidera narrent.
Num satis obscenis auibus graue pstrepit aer?
Pullaq3 funificam deplangunt sęcula pestem?
Iamq3 famem nobis cœli non sueta minatur:
Inconstans series. toruiq3 volumina Rheni
Querunt insolitum trāsuerso flumine callem:
Cōmotum testata Deum. nam tot bona danti
Abnuimus: cogit vindex parere furenti:
Vt q̄ blanda manus frustra vocat: aspera pellat.
Supplicibus sed parce tuis Pater optime natis:
Quos peccasse pudet: rogat en genitrix tua magna:
Cui nihil ipse negas: qua nos refouente patrona:
Crimina speramus pœnasq3 ęuadere posse.

Petri Schotti Heroicum de sancto Nycholao
Anno Christi. M. cccc. lxxxv.

Ordine mirifico proprię Deus inclyte laudi:
Angelicos hominumq3 choros qui condis: & ipsum
Infantile genus: lactentesq3 vbera natos
Dulcisono resonare tuum facis ore melodum:
Accipe placato solemnia carmina nutu:

Et te digna velis: glomerant puerilia cantus
Agmina: iucundosq; dies celebrare quotannis
Certatim satagunt: memori Nycholaus honore
Sub quibus excolitur. tibi qui rex summe vocatus:
Candida iam prebens vitę documenta futurę:
Obtulit insolita primis ieiunia cunis.
Mox puer ingenuas docilis transmissus ad artes:
Socraticos studijs mores ornauit honestis.
Inde per innumeros virtutum ęuectus aceruos:
Pontificis meruit fastigia: voce superno
E cœli prodente polo. tibi quem placuisse:
Clara per immensum redolent miracula mundũ.
Hic vir hic est: quē placantem seuo ęquore fluctus:
Iam tum cœperunt viuentem agnoscere nautę.
Hic probro exemit natas: inopemq; leuauit
Clam: populi fugiens auras: misso ęre Parentem.
Quid referam tociens ab iniquo iudice vinctos:
Quos a morte rapit? quid/quos miseranda purget
Tabificos languere fames? aut quos calor vrnę
Igneus enecuit? solet en saluare periclis
Omnibus: auxilium quisquis non poscere tardat.
Illi igitur Patri/iuuenes qui prima sciendi
Semina concipimus: nostros dęuouimus annos:
Mactam sperantes sic posse accrescere frugem:
Horrea deponi quondam in cęlestia dignam.

Petri Schotti Elegiacũ de mutabilitate rerũ humanarũ. Anno Christi. M.cccc.lxxxv.

Tanta ne mortales obfuscant nubila mentes:
Atq; humana stupor lumina contenebrat?
Sic proprię sepelit cunctos incuria sortis:
Et penitus toto sensus ab ore perit?
Vt nostris quę sunt oculis obiecta: rapaci
Quę nos orbe rotant: nemo pericla notet.
Quid precor insinuat nobis: tam plurima rerum

Mobilitas: subita cum nouitate frequens:
Quid sibi vult: quod q̄ miseris alimenta negarat:
Et precum posuit frugibus insolitum:
Immensa mox messe premit granaria tellus:
Cūctaq3 pampineo vasa liquore tument:
Tristibus hinc subito penuria dira reuersa est:
Vt neglecta gemant vilia quisq3 prius.
Nempe his et varijs: qui nos affligere casus
Non cessant: mortem qui sapit accipiat.
Inconstans etenim multis tam motibus orbis:
In se perpetuo nos retinere nequit.
Ergo per hęc monitis libeat resipiscere tandem:
Et nostro intentis inuigilare bono.
Ne nos pellaci fallat dulcedine mundus:
Quos mox tabificos atra vorabit humus.
Aeternæ pocius iuuet inseruire quieti:
Iugiter in solida mens vbi pace manet.

Magnifico & generoso D. Friderico de Zolre Decano ecclesię Argeñ. sacrificiū incōtaminatū offerenti .iiij. Nonas Februarij Anno M. cccc. lxxxv. Petrus Schottus Elegiacū cecinit.

Quę superāt hominē: Comes inclyte munia tentas:
Non nisi celestis te modo vita decet.
Nobile te populis prefert genus: agnita virtus.
Te vocat: ut cleri regia colla regas.
Magna hęc: sed merito tibi debita: te quia dignum
Solerti species cum probitate facit.
At modo quod nequeas meritis pensare: Deorū
Rector comparet ad tua verba Deus.
Mira fides: sed certa tamen. Nam creditur ille
E cœlo in sacras sæpe venire manus.
Nec manet in manibus: penetralia lustrat: & in se
Vertere te cupiens: fit prius ęsca tibi.

O immensus amor: quod nec sperare licebat:
  Sponte dedit sese: quid rogo maius habet:
Quicquid saluificũ secum fert. crimina cessant.
  Surgunt virtutes: gloria summa venit.
Omnem si penses quo se mortale fatigat:
  In superos tendens ire labore genus.
Vtilior fuerit: callis digno atque frequenti
  Præsentem accitu conciliare ducem.
Ergo precipuum cultor conductus in agrum:
  Tabere obscœno ne paciare situ.
Sed magis assiduos fructus decerpere cura:
  Ad reliquas operas fortificere quibus.
Sic fœlix poteris: populoq; tibiq; salubres:
  Atq; deo placitos accumulare dies.
Petri Schotti Elegiacũ ad sanctum Petrũ.
Anno Christi. M. cccc. lxxxvi.
Seria tempus habent: habet & sua tempa risus.
  Gracior alterna sub requiete labor.
Ergo diu fascis quos terruit ulmeus: & nos
  Interdum liceat corda leuare metu.
Instat em̄ genialis hiems: Saturnia quondam
  Bruma: iocos dulces postulat atq; sales.
Quare agite O socij solitum ve triste silento:
  Et resonent letis ora tenella modis.
Inflictas natibus vibices nuper amaras.
  Sanet quadrupedis sessio grata citi.
Instaurate animos: & corpa fessa fouete:
  Viuidius studio post vti sufficiant.
Sed ꝓcul hīc scurrę: ꝓcul hīc petulācia spurca:
  Polluat haud ędes impia larua sacras.
Non bene letatur quisquā: si leditur ille:
  Ledere perpetuo/qui solet igne malos.
Sic igitur da Petre tuos gaudere clientes:
  Gaudia ne perdant: te reserante poli.

Petri Schotti Carmen Heroicum ad ciuitatē Argentinensem: ut a periculis prudenter caueat: exemplum capiens a Ratispona olim libera: nunc subiecta Duci Bauarico. Anno Christi. M.cccc.lxxxvi.

Cui dedit Argentū fulgens Vrbs inclyta nomē:
Nobilitate potens: valloqꝫ & mœnibus altis.
Cunctis ceruleo quas alluit agmine Rhenus:
Fertilitate prior: Cereris dulcisqꝫ Lyei.
Nulli consilijs/armis/opibusqꝫ secunda.
Accipe cara parens: lęto quā carmine nati
Nos tibi cum multa canimus pietate salutem.
O fœlix: si frugali/iustaqꝫ gubernes
Condicione tuos. si non paciaris iniquos:
Impune spreuisse Deum: legesqꝫ ferendas.
Et ludo sua vel dapibus ligurire gulosis.
Sicqꝫ bonos Ciues: Patriam prudencia quorum
Integritasqꝫ iuuat: foueas & ames: & honorum
Extollas precijs. aliena pericula cautam
Te faciant: prȩsens quȩ tristia suggerit annus.
En tua clara soror: Ratis illi nobile nomen:
Imperij nuper sacri fundamen: honorqꝫ.
Saxea Danubium rapidū per vincla cohercens:
Libertate sua/quā prima ab origine duxit:
Se miseram spolians: didicit seruire: iugumqꝫ
Alterius patitur: nimirū quia prodiga vixit.
Sed ne triste tibi quicquā contingere possit:
Quȩ tibi tutela ē: qua Marcia signa choruscāt:
Quam colis in celso miroqꝫ per oīa templo:
Virgo parens Domini te ꝓtegat eruat ornet.

Carminis annalis interpretacio: & cur his potissimū diebus cantica & honesta pueſrorum gaudia celebrantur.

Seculari carmine impuberes mayorum liberi Apolli-nem & Dianam laudabant: quemadmodum apud Q. Horaciũ videre licet. Quod quidẽ seculare dicit quia singulis seculis: hoc est centesimo quoq; & deci mo anno caneret. Eadem itaq; vsurpacione: annale carmen dicere poterimus: quod ꝓ vetustissima consue-tudine ciuitatis Argentiñ. singulis quibusq; annis / a pueris: qui litterarũ disciplinis imbuuntur: modula-tis vocibus depromitur. Non in laudem Apollinis: alteriusve falsi dei: sed ut remissa aliquantisper seueri tate doctrine: iocũdos & festiuos dies agant. Hoc po cissimũ anni tempore: quo ab ecclesia inter ceteras fe-stiuitates: celebri ritu: repetũtur Natalicia. Primo Ny cholai Episcopi Myrensis: qui in ipsa infancia: sancti tatis & doctrine indicia dedit. Deinde Christi saluato ris: qui puerilem teneritudinem & simplicitatem: di-uinitatis sue virtute & sapiencia: fulciuit & ornauit. Demum subsequitur Innocentum plurimorum re-censita victoria. Que cum omnia ad laudem: & pre-conium puerilis sexus pertinere videantur: profecto non iniuria: hoc sibi precipue tempus: ad leticiam & honesta gaudia pueri vendicarunt. Honesta autẽ esse debent: non petulancia: non spurca: non (quod tur-pissimum est) in dedecus diuinorum templorũ pro-rumpencia: aut per abominabiles laruarum / persona rumve impietates: ecclesiasticas pietates: & cultum Dei perturbancia. Degenerant siquidem tales leti-cie: vel pocius spurcicie: ab origine & intento ha-rum iucunditatum. Nam quũ (ut dictum est) ob tri-umphos pueris a Deo concessos: grati pueri: in domi no gaudeãt & exultẽt: q̃ & ipi Deo placidiores efficiã tur: callidus salutis nr̃e hostis: ut in plerisq; ferme om-nibus ceteris solet: quod Deo debebat: sibi arrogans in obsequiũ sui / hominũ perniciẽ / & offensam Dei /

festiuacionē hanc licenciosam conatur ꝑuertere. Sed de his satis. Incipiamus aggredi carmē illud: q̊d anno a natiuitate dn̄i. M. cccc. lxxxvi. Argentinenses pueri decantarunt. Eius plane argumentum hoc est. Patriam primo laudatam saluere iubent. Deinde viam pollitice fœlicitatis ostendunt. Postremum ei cœleste presidium imprecantur.

Cui dedit Argentū. Per periphrasim: idest circūlocucionē Argentina ciuitas intelligitur; que siue nomen duxerit ab Argentorato: q̊d est apud Ptolomeū siue q̊d illinc Argentū collectū Romanis olim ferretur: ut nōnulli fingunt. Id constat Argentinam nunc vocari. Vrbs. Hic pro ciuitate: hoc est pro ciuibus accipitur. sicut eciam in exordio Valerij Maximi. Vrbis Rome exterarūq; gencium facta simul & dicta.

Nobilitate potēs. Hac siquidē prerogatiua: ceteras sui generis ciuitates semꝑ vicit: ut nobiles plures vna complecteretur: quā relique fere omnes. Valloq;. quo ad municiones tutissimas. Et mœnibus altis. quantum ad muros: & eciam edificia sublimia. sicut apud Virgil. in sexto Enei. Mœnia conspicere triplici circūdata muro. Cūctis. vrbibus. Ceruleo quas alluit &c̄. Ceruleus color aque. vnde & cerula pluraliter. Persius. Et qui ceruleum dirimebat Nerea Delphin. Virgil. in. vij. Enei. Littus ad Ausonium tot ꝑ vada cerula vexit. Agmine. Agmen pro vndis fluminis capi: ostendit Virgilius. Vbi Lydius arua int̄ optima leui fluit agmine Tybris. Rhenus. Bene quas alluit Rhenus: non fit collacio ad Medos vel Indos: sed ad eas vrbes quas Rhenus alluit: quāq; nihil inuideamus illis. Dulcisq; Lyei. Bacchum Lyeum dixerunt. soluo: quod membra soluat: eousq;/ut plerūq; nec pes nec manus officium faciant. ut est in Eunucho Therencij. Nulli vrbi

quã Rhen⁹ alluit. Cõsilijs. viris cõsultis. Secũda posterior. ut illud. nulli pietate secũdus. Cara parẽs. Patriã em̃ parentis loco habendã dicunt Philosophi.

Pietate. quę ut Cicero tradidit erga Deũ / Parẽtes / Patriamq; haberi debet.

O fœlix &c̃. Hic pueri Prẽs iuuitãt ad gubernacionẽ Reipub. administrandam fœliciter. O felix es &c̃. Idest gubernãdo tuos ciues efficias legibus: & execucione legũ: ut viuãt in cõdicione & modo. Frugali idest modesto. Et iusta. ꝓut statui cuiuslibet debet: id em̃ iusticia tribuit. Sane frugalitas ꝙuis oẽs videat virtutes cõplecti: tñ p̃cipue modestiã: hoc est modũ: in om̃ibus rebus significat. A frugib⁹ em̃ quibus vtili us / accomodacius nihil est vsui nr̃o: dicta videtur fru galitas. Itaq; virtus est vitę agendę summe necessaria.

Si nõ paciaris &c̃. Præcepta Dei trãsgressos esse: p̃ homicidia / adulterea / furta & talia. Legesq; verendas. quas tu sanxisti ut timerent. sicut de nõ ludendo de nõ garriendo in ęde sacra. Et ludo sua &c̃. Hoc viciũ q̃ plebs huius Vrbis p̃cipue laborat: ut scilicet ludo & ganeis Patrimonia dęcoquant & ꝓdigãt: necessario videtur legẽ censoriã expostulare. Ligurire. voluptuose & dulciter cõsumere. Ita exponit Donatus super illo Eunuchi. Itidẽ patria qui obligurierat bona. Sicq; bonos Ciues. Sal⁹ Reipub. nõ solũ ĩ ma lis castigandis versat: sed eciã in bonis remunerãdis: ut & mali boni fiant: si nõ virtutis amore: saltem formidine pœne: boni autẽ nõ tam facile abscedãt a ciuitate: oblata sibi alio in loco vberiori viuendi facultate & vbi in p̃cio virtutẽ suã haberi perspexerint. Quis em̃ virtutẽ amplectitur ipsam Pręmia si tollas: ait Iuuenalis. Eos aũt bonos Ciues intellige. Patriã prudencia quoꝝ &c̃. Qui videlicet prudencia & integri tate: hoc est sagaci vsu rerum: & probitate: quam inte

gritatē voco: nō solū Reipu. suę/ sed & vniuersę patrię decori sunt & præsidio. Foueas. a pueris ut boni fiant enutrias. Ames. iam ad frugem perductos.

Et honorū extollas precijs. Honor em̄ cum virtutis sit præmiū: non ambiciosis debetur: sed bonis. Sed nec honor sufficit sine emolumento. Aliena pericula &c̄. Nam ut Virgil. dixit Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Præsens quæ &c̄. quę tibi cōtuenda offeruntur in anno præsenti. En tua &c̄. Ratisponam circumloquimur: quam aiunt ab origine & prima fundacione liberam semper extitisse. Hęc anno præsenti Principem recœpit: propter contractū ęs alienum: ex incuria nimirū mali regiminis. Imperij nuper &c̄. Nam inter ciuitates: super quib⁹ fundatum narrant esse Imperium: Ratispona non minima fuit. Vnde eciam honor visus est Imperio: q̄d sub se talem Vrbem haberet. Saxea Danubiū &c̄. Inter cęteras Ratisponę laudes: clarissima semper mencio habetur: politissimi & artificiosissimi pontis: qui lapide Danubiū cingit. Ideo cohercere eum dicitur: hoc est inter fornices suos constringere. Sic Iuuenalis de Xerse. Ipm̄ compedibus qui vinxerat Enosygeum.

Libertate &c̄. Hęc reliqua ex iam dictis clarent.

Sed ne triste tibi. Conuertūtur vltimo pueri ad diuinam opem: parenti suę / Patriæ / optandam. Et quoniam hęc ciuitas singulari quodam & peculiari deuocione virginem intemeratissimam genitricem Dei: ut patronam veneratur: idcirio ad eam recurritur.

Q uæ tibi tutela est. Tutelā nauibus depingebant veteres. ut notat Seruius in hoc loco quinti Eneidos. Velocem Mnestheus agit acri remige Pistrim. Itaq; cum inter signa potissima huius ciuitatis (sint porte sit sigillum publicum) beatam cœli Reginam depictam ostendant: merito tutela eius dicitur: quippe sub

cuius alis penitus delitescit. Id aperci⁹ declarat quod sequitur. Qua bellica signa coruscant. Qua scilicet virgine: nō solum legalis fidei signum: quod sigillum dicunt B. virginem prefert: sed & vexilla: quibus inter arma vtuntur: protectricis & fotricis speciem representant. Quam colis in celso. Propter turrim siue pinnaculum: cui nec operis arte: nec molis amplitudine atq altitudine quoduis aliud cōferri potest.
Miroq per omnia templo. Quia & ornatu & latitudine & precio sumptuosissimū est. Virgo Parēs Domini te protegat, ne incidas in calamitosum aliq̄d malum. Eruat. si forte incideris. Ornet. erutam & protectam: augeat populo: et illustret prudencia et foelicitate.

Domino Friderico Electo Augustensi / ad donum vitas & Collacionū patrum: Heroicū Petri Schotti Argentiñ. cum esset apud eum in Tilligen. xij. kal. Augusti. Anno Christi. M. cccc. lxxxvi.

Accipe priscorum vitas: Pater optime Patrum.
Iustorum q pios monita instituencia mores:
Consilio dignare tuo. Si viuere christo:
Sicq viam populo Præsul monstrare salutis:
Prudentiq velis themonem flectere dexrra:
Hos imitare Duces: tibiq hos prepone patronos.
Nanq per antiquos calles: nō blanda nouorum
Auia sectantem: ducent super astra beatum.

Petri Schotti Carmen annale Elegiacum Anno a natiuitate Saluatoris. M. cccc. lxxxvij.

Pontifici modulata nouo: noua turma quotannis
Succrescit veteri: mox fugitura nouam.
Discipulos etenim paucis hæc detinet annis
Classis: & ad portū per vada curta vehit.

Solus quem decuit iampridem exponier heret:
Clauumq; immota sorte Nagister agit.
Cui tamen haud ingrata quies vergentibus annis:
Pro desudato sæpe labore foret.
Hactenus Ah satis est: fibris extortus anhelis
Clamor: & ad rauim vox minitata diu.
Iam decet ut merito: vitæ sors digna paretur:
Excipiant canos ocia tuta pilos.
Parcatur senio: validus studijsq; politus:
Atq; bonus pueris præficiendus erit.
Sic sic preterient: pariter grex atq; Magister:
Quos foueat placido regia Virgo sinu.

Argumentum præcedentis Carminis.

Quũ quibuslibet annis noui Pontifices: nouiq; pueri appareãt: equũ videri: ut p meritis & dignitate Magistro puideatur: ut eciam nouus aliquãdo Magister eis præficiatur. Pontifici modulata nouo &c. Turma collectio est militum in exercitu. Que nõ absurde ad pueros hic transfertur: vel quia equis trãscursuri: militum exercitusq; effigiem representabunt: vel quod propter continuã exercitacionem: que militibus scholasticisq; cõmunis est: cõmunia plerumq; vocabula sorciuntur: ut gymnasium. schola. classis.

Classis & ad portũ &c. quia breui tempe attingunt finem studij concupiti. laus schole. Classis. nauiũ ordinatã collectionẽ significat. Itaq; deducit ut & denotet equitum distribucionem: & puerorꝫ in scholis ordines. Sicut apud Iuuenalem. Cum perimit seuos classis numerosa tyrannos. Solus quem decuit &c. Persistitur in metaphora. Exponi ad littus: e naui poni. Virgil. in. x. Interea Eneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. Clauus autem fustis est gubernaculi: ut dicit Seruius. Cicero in Catone maiore. Ille autem clauum tenens quietus sedebat in puppi.

Cui tamen &c. Labor ostenditur: q Magister meruit ut sibi puideatur. Preter eas aut solicitudines que sunt animi: corpus Praecoeptoris: assiduis exclamacionibus: quibus petulanciam discipulorum compescit: ad raucitatem vsque vexatur. Raucitas aut & rauis dicitur. Plautus in Aulularia. Vbi si quicque poscamus: ad rauim poscamus: priusque quicque detur. Iam decet. & reliqua. Ad Praecoeptorem puerorum ptinet ut sit aetate & viribus validus: sciencijs elegantibus ornatus: moribus castus & integer.

Petri Schotti Carmen annale Elegiacum.
Anno Christi. M.cccc.lxxxviij.

Improbus agricolam durum labor vsque fatigat:
 Infantes teneros tollat ut inde suos.
Mercator terras metitur: & aequora sulcat:
 At venit inde seni: diues & ampla quies.
Multa quidem sudat: siluosis montibus errans
 Venator: sapidam sed capit ille feram.
Miles Martis onus longis graue sustinet annis:
 Miles & exuuias laetus ab hoste rapit.
Cur minus hic nostri sudantis saepe Magistri:
 Ingens promeruit praemia iusta labor?
Ah satis atque super: tandem requiescere detur:
 Reddatur meritis gracia digna suis.
Hoc faxit Genitrix: cuius virtutibus altis:
 Penditur a nato gloria summa Deo.

Carminis precedentis Argumentum.

Non exauditi superiori anno discipuli grati: non verentur rursus canendo: Magistri sui quietem postulare: afferentes agricole: mercatoris: venatoris: & militis exempla: qui laborum suorum fructu tandem potiuntur. Improbus &c. Improbus: vel magnus vel nulli probabilis. Nullus enim est amator laboris. Seruius sup eo loco Virgilij in primo Georgicorum labor

omia vincit Improb9. Tollere autē hic: nutrire significat. Sic Teren. in Andria. quicquid pepisset: decreuerūt tollere. Et ibi Tollere dulcē cogitat heredē. Mercator t'ras &c. Metiri hic transmeare significat. Sic apud Vir. in Georgicorum qrto. magnū q piscibus equor. Et iūcto bipedū cursu metit' equorum. Sulcare quis agricolarū sit: tñ p metaphorā eciā nauigātibus datur. Sic Virgil. in qnto Enei. de nautis. Infundūt pariter sulcos. Vnde eciam in tercio dixerat. Vobis parta quies nullū maris equor arandum est. Multa p multum. Penditur. hoc est soluitur.

Petri Schotti Elegiacū ad S. Petrū. lxxxvij.

Forsitan ignoras: hec quo solennia ritu:
Ad nos a patribus gaudia pertigerint.
Accipe. fulgebat lustracio februa priscis:
Quod nunc in Marie lumen honore meat.
Sextilis caput Augusto gens vana dicarat:
Quod melius Petro nunc liquet esse sacrum.
Scilicet innatus penitus gentilibus error:
Non alia potuit condicione premi.
Haud secus Aegoceros Saturni secula priscis
Pretulit: & Genio libera corda dedit.
Hec vero nos festa tibi Nycholae sacramus:
Innocuis pueris: & bone Christe tibi.

Petri Schotti in Hagenaw. lxxxviij.

Quam bene patronos docilis sortita iuuentus:
Maxime te Paule & te Nycholae fuit.
Ambo etenim tenera doctrinam etate bibistis:
Ambobus sancto fine pacta dies.
Presidio nimirum eritis: qui nūc puer artes
Hauserit: ut tandem tendat in astra senex.

P. S. Carmē Asclepiadæū Choriambicū Tetrametron Monocolon. Ad S. Petrum de captiuitate Regis Maximiliani: lxxxviij

Cantabunt alij Meonia Chely:
Romanum procerem stringere compedes
Nuper non veritas. O facinus nouum:
Grandeuiq; patris ductibus obsequi:
Germani valido robore milites:
Dum regem eripiant: ut celerauerint.
Quos inter decoris non memoris sui:
Argentina alijs pulchra merebitur:
Scribi Marte fero instructior vrbibus.
Tentent hęc quibus est musa fauencior.
Ausint qui Aeaciden versibus aggredi:
Errores profugos aut Ithaci vagi.
Nos te dulcisona voce precarier.
Subiectis reuerens; Principibus para
Cor iustũ ac sapiẽs: sat fuerit Petre.

Cantabunt alij. Lyrici hꝰ carmis genus: Asclepiadæũ ab Asclepiade autore vocatũ fuit. Choriambicũ aũt a pede dominãte. Cõstat eñ spõdeo: duobus Choriambis: & pyrrhichio. Choriambus siquidẽ q̃tuor syllabas habet: ex ijs primã & vltimã lõgas: & duas inter medias breues. Dictus eo: q̃d duo iambi quasi p chorum sese complectant. Scanditur hoc ordine. Canta. spondeꝰ. buntalij. meonia. duo choriambi. chely. pyrrhichius. Tetrametrũ vero dicit eo: quia quatuor mẽsuris seu pedibꝰ incedat: ut visũ ẽ. Monocolon. idest vnimẽbre: qm̃ oẽs versus vnius modi & generis sũt. Nam solum membrũ est.

Intencio carminis huius est. Pueri attoniti & stupentes facinoris nouitate: quo præsenti anno ipse Romanorum Rex vinculis a subditis iniectus fuit: simulq; admirati promptitudinem tocius Germaniæ: præcipue autem populi Argentinensis: quæ Imperatorio ductu Regem liberauit: gestiebant hæc carmine suo concinere. Verum arduitate rei: propriæq;

musæ imbecillitate territi: ista relinquũt iis q grandi-
loquo heroicoq; carmĩe valent: sibi satis sup q; ducen
tes esse: si leuiusculo utpote lyrico versu: beatissimũ
Petrũ q & Principũ & subiectorũ caput a Christo cõ-
stitutus fuit: depcent: ut q minus tale q d de cetero cõ
tingat: cor subiectorũ reuerenti obediencia: Principũ
autẽ iusticia simul & sapĩa exornare curet.
Cantabunt. Poetarũ est. Nam cantanda sunt Carmĩa
ut dicit Seruius super eo loco Arma virumq; cano.
Meonia chely. Homerus: de q dicit Horacius. Rex
gestæ Regũq; Ducumq; & tristia bella: Quo scribi
possent numero monstrauit Homerus. Is ex Meonia
regione minoris Asiæ a nõnullis ortus dicit: a qua &
Meonides appellat. ut Ouidi⁹ in tercio de sine titulo.
Aspice Meoniden a q ceu fonte perenni Vatũ Pieriis
ora rigant aquis. Inde eciã meonius adiectiuũ. ut Ho
racius. Scriberis vario fortis & hostium Victor Meo-
nii carminis alite. Chely. Chelys testu-
do dicitur cuius neruis sonantibus Mercuri⁹ citharã
dicitur inuenisse. Ponit itaq; p cithara: & qm̃ poetæ
musici sunt: cithara & chelys eis datur. Stacius libro
primo thebaidos. Nunc tendo chelym: satis arma re-
ferre Aonia. Igit meonia chely. Idest homerica cy-
thara: hoc est carmine heroico in q Princeps fuit Ho-
merus. Romanũ procerẽ. Idest Regẽ. Proceres ait
Varro capita trabiũ esse: & ab his transferri ad Princi-
pes ciuitatum. Licet aũt freq̃ncius in plurali inueniat
tñ & apud Iuuenalem lectũ est Agnosco procerem.
Nuper nõ veritas. Metaphora ab aĩali ad inanima-
le. Sic Virgili⁹ in secũdo Georgicorũ de arbore. Mira-
turq; nouas frondes & nõ sua poma. Ordo est autem
Alii cantabunt cõpedes nõ veritas stringere romanũ
procerem &c. Grandæuiq; patris. Friderici impe-
ratoris qui pater est Regis. Aeuum aũt licet pprie sit

æternitatis ut est apud Ennium Romulus in cœlo cū dijs genitalibus æuū Degit: tamē et hominib⁹ tribuit. Sicut apud Virgil. in qnto Enei. Longeui palmas ne quicq̄ ad sidera tendūt Custodes. Vt celerauerint. p accelerauerint p apheresim. Et est ordo. Et cātabūt ut. i. quemadmodū milites germani accelerauerīt valido robore obseq ductib⁹ grandeui patris dū. i. donᵉ eripiant Regē. Quos inter. Ordo est. Int q̄s milites Argentina pulchra / merebit scribi: & nō solū cantari: instructior quantū ad ferū Martē ptinet: alijs Vrbibus. Argentina dico haud nō memor sui decoris. i. nō immemor eius laudis qua in glā rei militaris hacte nus semp ceteras imperij Vrbes supasse refert. Hęc tentēt. et Regis detencionē et ei⁹ liberacionē. Ausint q æaciden versi. aggre. Idest qbus ingeniū & doctrina suppeditet ut Achillis p̄lia cantēt. q̄d Homer⁹ in Iliade fecit. Sane æacides achilles dicit: q̄d sit nepos æaci Sic Virgil. in sexto Enei. Dardana qui paridis direxti tela manusq̄ Corp⁹ in æacide. Errores pfugos aut Ithaci vagi. Idest qui possent Vlixis errabundū & diuturnū cursum dignis versibus describere. quod idem Homerus in Odissea fecit. Ithacus aūt cognomen est Vlixis ab insula cui dominabat. Virgilius Eneidos libro secundo Hoc Ithacus velit & magno mercentur Atride. Nos te dulcisona. Nos inquiūt pueri non nobis vsurpamus grandiloquū carminis gen⁹ / quod materie cōgrueret: nostris vero viribus longe est superius. Satis igitur ducimus: nos te p̄cari O Petre ut reuerenciam pares subditis ne Principi manus impias inijciāt. Principibus vero ne qd tale meruisse videāt: infundas sapienciā: qua noscant: & iusticiā qua velint vnicuiq̄ q̄d suū est tribuere. Satis pfecto hæc fuerint quæ & pacem hic cōciliēt & beatitudinis illic præmiū pmereri non dubitentur.

Petrus Schottus ad Bohuslaum de Hassenstein Comitem Bohemum.

Me generosa tuae Comes inclyte: stemata mēti:
Parere impellunt: cūctaq; iussa sequi.
Et quia nūc animo numeros tibi noscere claros
Voluitur: ac penitus versibus inuigilas:
Ecce pugillarem nuper tibi misimus: in quo
Nomina cuncta pedum cōspiceres: quę loca
Quelibet: ac metro sit sillaba quanta locanda.
Qui licet exiguus sit: tamen vtilis est.
Plurima que (ut fama ē) tibi sūt incognita nobis
Scripta: quibus rogo nos effice participes.
Et tunc nostra tuū vox tollet in ęthera nomen:
Te quoq; magnificum sęcula longa scient.

Petrus Schottus ad Georium Erlebachium Ratisponam euntem.

Tene igitur paciar tanto me linquere cursu:
Quo mihi vix veniens dulcis amice aberis?
Quo simul optatum vix cepti munus amoris
Rumpitur: ut mores non recolam vsq; tuos?
Num sacius fuerat nullo tibi fœdere iungi:
Quam modo amicicijs abstinuisse tuis?
Nam ne vlla Alciden coluit Peancius heros
Credulitate stata: qua mihi non fueris.
Nō adeo Pilades furibūdū obseruat Horestem:
Fidius aut Theseum Perithous sociat.
Carior Aeneę bonus haud comitatur Achates:
Non animo maior Nisus in Eurialum:
In te quā fuerim: liceat si visere amœnos
Tempore conspectus vlteriore tuos.
At quāq; subitos nulla est concessa facultas:
Tardare abscessus aut retinere moras:
Non minus ipse tamen summi retinebo fauoris
Officia: & firmus corde sedebit amor.

Sique tibi paruus peperit quẽq; vsus amorem:
Hunc tibi ne absenti tempus edax minuat.
Nunc quia versiculos abitus crudelis amicos/
Longius ire vetat finis adesto breuis.
Dulcior vsq; vale saluus que meato Georgi:
Quosque velis sanos sic precor inuenias.
Carmina nostra tibi dulcis monumẽta Georgi:
Insideat quę animo Petrus vbiq; tuo.
Ergo tuos videas sospesq; alacrisq; penates:
Incolumes que tui te precor excipiant.
Astra nec officiant quequã exoriencia cœlo:
Nec pluuium Orion exerat ense caput.
Alma sed eniteat semper gracilisq; Dione:
Splenduit ut gnato Pergama cum fugeret.
Luceat & clarum sydus Iouis: ipseq; Castor
Pollucem redimens Mercuriusq; celer.
Ipse Austrũ & Boream sęuos rex Eolus abdat:
Sed Zephyri pingant vndiq; flore solum.
Non recinat stigius ferali carmine bubo:
Non dirum cornix leua det augurium.
Nulla tibi noceat medicato Thessala cantu:
Obscena haud Vulpes obuia rumpat iter.
Sed precor Altitonans vires tibi suppetat illas:
Quis casus omnes transuperesq; viam.
Oẽ igitur faustũ quicquid tentaueris vsquã
Comperiens: iam nunc dulcis amice vale.

Petrus Schottus De ruina templi S. Vlrici
Augusteñ. & cede nõnullorꝝ hominum.

Petrus Vdalrici concussit casibus ędem:
Auguste Cæsar cum Fridericus erat.
Heu nam disiecit venti vis maxima templum:
Vespere defunctis quando dedere preces.
Vna omnes egere fugam: tamen hostia templi:
Obruta permisceris impediere viam.

Q uatuor ac homines terdenos casus ademit:
Pastor & Adiutor cum grege succubuit.
Q uos quia corporeis opus exiuit omnipotentis:
Nexibus & finem templa dedere Dei:
Sperandū est illis tribui sua præmia cœlo:
Q uo sine fine Deum laude viderę queant.
Cunq; pij / pietate frui merito referantur:
Hij que pij fuerint: fer prece lector opem.
Hos inter versus domini monstrat prior annum:
Q uo q; die vehemens flatus in orbe fuit.

Saphicum Heinrici ad P.S.

Petre Nympharum noua cura onusq;:
Q uem petunt vultu tacito puellę:
Et vagę spectant oculis retortis
More minaci.
Orpheos quod tu similis futurus:
Ceteris curis hominum solutus:
Dulcibus tantum calamis / lyreq;
Ocia dones.
Ille sic summo Rhodopeyus heros
Gratus: atq; ymo fuerat tonanti:
Nec prior Phœbus caneret: vel inter
Pocula diuū.
Siue stellatum Cytharedus axem:
Siue tentaret mala regna Ditis:
Omne cunctanti facili Deorum
Numine cessit.
Cessit & magni domitator orbis:
Cui vel inuitum genus omne seruit:
Frater Aneę pharetratus aureo
Aliger arquu.
Q uo sine humana intereat propago:
Sanctius quo nil: meliusq; credunt:
Editus Musa: fidicen superbus

Temnit & odit.
Quippe nil vltra potuit voluptas
Vlla: q̄ plectro fidibusq; inesset:
Quis simul coelū & Dn̄s verendi
Plauderet Orci.
Inuidet tanto Venus ipsa honori:
Inuidet Iuno: & doluere sperni:
Quod colit sexus veneranda: sacrū
Numen amoris.
Vnde discerptum lacerando dyris
Thracię matres manibus per agros
Spargere: heu Vates animose poenas
Morte luisti.
Theseo quin ut genitus: nouercam
Blandius q̄uis foret aduocatus:
Sæpius fugit: refugis puellam
Durior omnem.
Sed tamen poenas animi pudici
Virbius pendit nimis odiosas:
Nec leuat durum sinuante dextra
Delia cornu.
Scilicet nulli violasse phas: aut
Numina æterno minuisse honore:
Sed suum cantum tribuisse cuiq;
Fabula monstrat.
Quod potest qui vis: mediocritatis
Lege seruata: potes O decore:
O puer Diuis placuisse semper
Om̄ibus ęque.
Respōsio P.S. ad Saphicū prętactū.
Te putem foetas numeris Heinrice
Tygrides vasto tenuare saltu:
Arduasq; ad te properare pinus
Montibus altis.

Nanq; morosi pharetras amoris/
Callido nosti suadere versu:
Vt vel inuitos teneris perterrent
Tela medullis.
Cum tamen nulli reputem benignum:
Improbis eius subijsse flãmis.
Nempe lugentes coluisse campos
Ni petat vltro.
Mæsta quis duri manet vxor aruis
Cęphali: & tauro periens Pasyphe:
Phœdraq; & Dido: seq̃tq; mœrens
Laodomia.
Funditus sane cecidit superbum
Ilium: inuisę vico Lacenę.
Vssit & mollis Paridis Cupido
Pergama celsa.
Q uippe quę Princeps Asię minoris
Dędala Diuum fuit arte structa:
Perdidit diro Patris acer vrbem
Pastor amore.
Nil equis Rhesijs: niueisq; velis
Profuit Troie: perienti amore.
Nec furens peltis fera virgo Varis
Pentasilea.
Adde q̃ luxum fugiens: pependit
Nullus has pœnas moriens feroces:
Laude quin omni celebretur eius
Nomen in æuũ.
Mec Traci sęuę potuere Vati
Pectinem matres rapuisse eburnũ:
Efferis quãq; manibus piarunt
Orgia Bacchi.
Q uin mouẽs lucis cytharas amœnis
Personet passim choreas piorum.

Et facrum longa recolat Peana
Veste sacerdos.
Et licet pœnas lacerus nouercę
Pendit: at nymphe Egerie receptus
Peonis gaudens reuocatus aure
Virbius herbis,
Scilicet summum fore castitati
Munus: & vitę meritum pudice
Monstrat: ut qui sit misere necatus
Viuere detur.
Nunc tibi primum tenui Minerua/
Carmen a Petro genere dicatum:
Vsq; sic viuas facie benigna
Perlege Vates:

Petri Schotti Elegiacum contra quendam Germanum Italum.

Esse bonos memorant Asirei Carmina Vatis:
Qui moniti turpes destituere notas.
At tu ne suetos videaris ponere mores:
Quę tua sint spurcis versibus acta probas
Fallere: si credis maledictis probra lauari:
Non ea iusticia sed leuitate fluunt.
Horridulos fatuus tribulos depascit Asellus:
Inscius Hybleis mel fore dulce Thimis.
Sic te cum placida nequeas purgare camœna:
Hem pudor: obscœnis polluis ora modis.
Sed tamen & barri culicum nec spicula curant.
Nec timet ignauos nostra Minerua viros.
Ergo age vel monitus: Germanū amplectere nomē:
Spurciciemq; Italis linquito: linque dolos.
Vel tibi si mauis nostrum incandescere dentem:
Perge. Elegos scripsi gliscis: Iambus erit.

Petri Schotti Carmen Elegiacum inuectiuum.

Scripsisti insulsus nuper mihi Carmina Barde:
Responso non sunt perfide digna meo.
Contempsi ridens tua vincula pessime Vates:
Et dixi: scis te talia verba decent.
Sæpe bonā meretrix matronam accusat: et odit:
Illa tamen casta est: & lare tuta suo.
Tu falso damnare time nos rustice Barde:
Namq; aliter fustes experiere canis.

Petri Schotti Tetrastichon in Germanum Italicatum.

Cum sis Germanus: mores cur spernis auitos:
Et Lacias fraudes diligis atq; dolos?
Talibus indignum factis: te munere tanto:
Ingratum q; tuis Patribus esse probas.

Petri Schotti Tetrastichon aliud

Cur non respondes nobis: qui tela minatus
Tincta Lycambeo sanguine nuper eras.
An metuis: q vera miser cogare fateri:
Que cecinit nostra pulcher Apollo lira?

Petri Schotti Distichon in minaces.

Non semp frendente lupo/pecus interit: & non
Post temeras subeunt fata repente minas.

Petri Schotti Elegiacū contra vicia Germanorū: & quendam Laurencium.

Barbara falsidico gens inflammata furore
Theutonico semper fetida iure natans
O q; vite suę morem tenet improba terræ.
Italicum nihil aut laciare sapit.
Ecce nouo docuit: placeant sibi qualia facto:
Et simili officium prebuit illa sui
Collegijq; ruber scriba est Laurenti: vnde hoc?
Theutonici vicijs hoc tribuere suis.
Sunt vino furtis ignauo corde furore
Liuore ac stupris atq; tumore pares.

O q̃ vera sonat veterum sentencia Vatum:
Quod paribus coeunt absq̃ labore pares.
Petrus Schottus ad quendam Iohannem Germanum.
Gloria Pyeridum nunc q̃ moritura Iohanni
Germano: veniam des mihi iamq̃ precor.
Sic Sus cum Dia certauit Pallade demens:
(Retulerit quã Sus) gloria nulla fuit.
Vicisti fateor: tanta est vir docte facultas
In te: ut iam nobis non licet ore loqui.
Quapropter restat quod te taciturnus adorem:
Conticeam est melius: q̃ male pauca loquar.
P. S. ad Bartolomeũ Fauensem.
Mantua cede tuo quondam illustrata Marone:
Non te iam Vatum laurea prima manet.
Peligni suũ cessent iactare Poetam:
Nec Velusine tuę tanta tributo lire.
Ecce nouũ Vatem iamiam noua secla tulerunt:
Fauensis qui sit gloria clara soli.
Cui veterũ dicũt cũctas concedere Musas.
Siue Ducũ poscas prelia: siue iocos:
Siue petas superũ laudes: siue aspera Ditis:
Cantor Apollineus Bartolomeus erit.
Petri Schotti Tetrastychon cõtra ignominiosum quoddã Epigrãma: in Galeotũ Marciũ a ꝓpriis alũnis cõscriptũ.
Hoc vesana cohors ausa est epigrãma nefandũ
Scribere: & in patula figere planicie.
Heu scelus: ipa suũ falso inficit ore Magistrũ:
Rodit & absentem: quem tibi adesse timet.
Petri Schotti Exastychon in Iacobi Vimpfelingi Sletstatini Carmen Elegiacum: De Conceptu & triplici candore Diuę Marię.

Multum Virgo tibi: multū cyrrata iuuentus
Carminibus debet docte Iacobe tuis.
Illi/quam merito certas fulgere nitore:
Grata venit pietas: hos tua Musa iuuat.
Nō iuuet hos Musa Aonij ieiuna liquoris.
Non negat idcirco prēmia Virgo tibi.

P.S. Tetrastychon de fructibus octo: q̄s consequitur anima a pctō liberata: virtutesq; amplexa.

Cōscia mens pura est: & viribus integra sanis:
Libera facta iugo: requiescit & a cruciatu:
Congruit & Genio: iucundos ēlicit actus:
Discreteq; regit corpus: Domino bn̄ concors:

Paganus in obsidione Rhodi. P. S.

Ah fugite: inuictaq; Rhodo discedite gentes:
In nos æthereo fulgure signa rubent.
Credidimus miseri soli Rhodon esse dicatam:
At Christo sacra est: hoc quoq; tuta manet.

Petri Schotti Tetrastychon nomine Mortis ad mortalem loquentis.

Heus ꝓpera: quē te demencia falsa moratur?
Fac bona: ne pigeat: cras tibi finis ero.
Rides? iudicio forsan te vespere sistam.
Cæca indefessa torqueo tela manu.

Eadem mors. Petri S. Tetrastychon.

Horrida sum prauis: iustis optabile lucrum
Illos supplicijs: hos ego mitto Polis.
Incautos igitur/ne vos deprendere possim:
Exigite indultos per bona sola dies.

Petri Schotti Dystichon de Morte.

Oīibus exiciū quāuis Mors sæua minetur:
Principium vitæ fert tamen illa pijs.

Bohuslai de Hassenstein ad Emulum Petri Schotti: Carmen Elegiacum.

Ante Licaonius mergetur in æquore custos:
Discet & Occeanas Parrhasis vrsa vias.
Lucidus vmbrosum cõtinget Pheb⁹ auernũ.
Desinet in curru Cynthia clara vehi:
Mens sceleri cõsueta prius ꝙ crimen amatum
Et proprios mores deseruisse velit.
Scilicet idcirco discerpor dentibus a te:
Quod volui morbo consuluisse tuo.
Officit & nobis: monuisse fideliter: ora
Ne macules probris flagicijsqꝫ tua.
Nõ aliter forsan fragiles expromere vires
Ingenij poteras eloquijqꝫ tui.
Nec pudet hęc: merito de te: maledicta referre
Sanguinis Arctoi dedecus atqꝫ lues:
Et dum Dardanios velles cantare labores:
Ipse argumentum materiamqꝫ dedi.
At quales versus scribis: que Carmina: certe
Cherilon & Bauum sæcula nostra ferunt.
Non ibi iucundũ quicꝙ: non mica leporis.
Produnt autorem Carmina vana suum.
Obijcis altiloqui quod protego Vatis honorẽ:
Cui te non puduit supposuisse caput.
Qui Lacijs quãꝙ niteat: Graijsqꝫ camœnis:
Optaret vacuus laudibus esse tui.
Nam quis nõ timeat talis præconia liguæ:
Quę tantum similes tollere in astra solet?
Verbera deinde mihi rursus dentemqꝫ minaris:
Nostra sine inuolui stercore membra prius:
Tunc poteris fœdos nobis infigere dentes:
Et suis obscęne turpia facta sequi.
Istud quippe tibi nomen placuisse videtur:
Nuper ut Petro Carmina missa probant.
Lumina fronte mihi vellis: Diuosqꝫ precaris:
Vt lacerent sæui viscera nostra canes.

Vt& miser fiam: nec sim miserabilis vlli:
Exul ut Aeoos cogar adire lares.
In caput ista tuũ conuertant numina cœli:
Suppliciumq́ lues si pia vota valent.
Reprime latratum petulantem: reprime liguã:
Reprime barbariem: stulticiamq́ tuam.
Spicula contineo: pueri nec lumina fletu:
Atq́ cauas lachrimis cogo madere genas.
Post modo si perges: sceleratos edere versus:
Acrius incumbet nostra Thalia tibi.

Bohuslai de Hassenstein Bohemi Elegiacũ
in defensionẽ Petri Schotti contra quen
dam inuidum detractorem.

Eximium Vatem mordes qui dente canino:
An dapibus Blattam vis saciare nouis.
Ista quidem culicum nõ curant spicula barri:
Nec Vati egregio liuida verba nocent.
Fuste quid e duro quadratam marmore turrim/
Et solido muros ex adamante quatis:
Setiger obsceno nutritur stercore porcus:
Tu quoq́ latratu pascere talpa tuo.
Dant sine mente sonũ raucę per rura cicade
Deuia: cum bibulam Sirius vrit humum.
Tu carmen sine mente facis: dum concitus ira:
Nictelij defers cornua fronte Dei.
Et timidus veluti/patitur cum triste flagellum:
Solatur gemitu verbera seua canis.
Preteritis sic tu obiectis conuicia iactas:
Lurida pestifero corde venena vomens.
Meoniden fatuo lacerauit Zoilus ore:
Sed tanti sceleris premia digna tulit.
Sic tu sacrilego rodis qui carmine Petrum
A rabidis merito diripiere feris.

Bohuslai de Hassenstein Carmen Elegiacum: deplangentis abitum a se Petri Schotti amici Rhomam proficiscentis.

Tecta Petrus Romana petens: Tuscumq; fluentem:
Forte mihi non plus aspiciendus abit.
Flete Poli: gemitusq; pios date sidera mecum.
Flete precor casus ęquora sæua meos:
Non adeo vitreis turgebant lumina guttis:
Cum Genitor Stigias vellet adire domos.
Orbus eram nuper delectis fratribus: at nunc
Dimidia videor parte carere mei.
Hic meus Alcides: hic magno Agamennone natus:
Atq; Meneciades Hirtacidesq; fuit.
O fortuna mihi semper contraria: quare
Diuidor a Petro perfida queso meo?
Scilicet idcirco licuit: quid prosit amicus
Noscere? quo doleam te tribuente magis.
Nonne satis fuerat: laribus priuasse Paternis:
Exiliumq; humeris imposuisse meis?
Dulce sodalicij rursum disrumpere fœdus:
Non pudet: & pœnas accumulare meas.
Quis mihi nunc dabitur: studijs qui gaudeat hisdē?
Atq; Caballini quem iuuet amnis aqua?
Quis Satyras misero pādet: Tragicosq; cothurnos?
Quis molles Elegos: Historiasq; leget?
Separor a gemino Parnasi vertice tandem:
Separor a Phebo: Pyeridumq; choro.
Effugere procul cytharęq; lireq; fidesq;:
Nec Clio Vati Calliopeq; placet.
Omnia muta silent: gelidi ceu Strimonis ora.
Dum peteret nigri Tracius antra Ducis.
Taliter Eaciden mortem fleuisse sodalis:
Crediderim frigij dum perit ense viri.

Bohuslai de Hassenstein Carmen Elegiacum optantis Petro Schotto fœlicē in patrios lares regressum.

Ausoniam Petrus gentem: Laciosq; Penates:
Et Phætontei deserit arua Padi.
Sancta Parens/rerumq; Sator comitetur euntem:
Ducat & in Patrij lucida tecta laris.
Hic vbi iam reducem post multa pericula Natum:
Expectat socia cum Genitrice Pater.
Hic vbi gaudebunt Pueri: innuptæq; puellæ:
Expers leticiæ nec locus vllus erit.
Forsitan & Rhenus posita feritate priori:
Micius Arctoi saxa cauabit agri.
Sitq; diu fœlix diuino numine: post quę
Tutus ab inferni sit flegetontis aquis.

Bohuslai de Hassenstein Amoris sui ꝓfessio in Petrum Schottum.

Ante reuertetur tepidos Hiperion ad ortus:
Excipiet stabilem Tethios vnda polum:
Ripheus nimbus canescere desinet orbis
Nullus in Occeano gurgite piscis erit:
Mella ferent rupes: quercus ꝓducet aristas:
Q; meus in Petrum diminuatur amor.

Iohannis Reuchlin Phorceñ. domino Petro Schotto Argeñ. S.D.P.

Hospes ad auratum diuerti Petre Leonem:
Quo ꝓpere venias: obsecro. Cœna manet.
Et nequeo sine te: tua nam præsencia dulcis:
Cōmouet affectū: te sine dulce nihil.
Ergo precor venias Petre: mi Petre. Nāq; videbis:
Qualia nō ante. Nunc ades: atq; Vale.

Inter alia de morte Petri Schotti Argeñ. Conradus Leontorius ad Iacobum Vuimpfelingum Sletstatensem.

An vero non vehementer eciam tristari debueram: cũ mihi nuncia fama præstantissimum & omni genere doctrinę cumulatissimũ virũ dominũ Petrũ Schottũ Argeñ. vita functum esse referret. Moueor profecto tali amico et dño orbatus: qualẽ certo affirmare ausim nullũ Argẽtine repiem⁹. Fœlicior ꝓfecto tu: qui eum perinde ac Collegã tuũ familiariter coluisti: ego vero miserior q incipientẽ medio tui: amiciciã illi⁹ tãti viri mihi ĩmaturo funere video esse ꝑreptã. Iã eñ fundamenta futurę amicicię ipse iecerat: mihi familiarissime scribens: atq̧ illud candidissimi animi sui pignus amoris mihi reliquit: ut ingemiscere quoq̧ ad mutas lr̃as suas cogar. Dulces exuuię: dũ fata deusq̧ sinebãt Repeto eñ crebra memoria: q̃ doctrina: q̃ eloquẽcia q̃ comitas: q̃ suauitas: q humanissimi mores: qs sanctissimæ vitę perpetuus tenor: q̃ innocentissimi animi viuacitas/cõstancia/& quedã mixta vrbanitate seueritas. Licuisset mihi addere Musarũ decus & honos: nisi dicere mallem Sacerdotũ nr̃i sęculi vnicũ specimẽ & exemplar. Sed stat sua cuiq̧ dies: breue & irreparabile tempus Om̃ibus est vitę. Nam terminũ nobis ab om̃ipotente rerũ Conditore semel præscriptũ: præterire nõ possum⁹: vtinã fœlici gradu q̃ tendim⁹ om̃es illuc ꝑueniam⁹. Interim q̃ sola via patet: virtutib⁹ nos exornem⁹. Illę ĩ celũ subleuãt: illę beant. Nec dubito quin amãtissim⁹ dñs Petrus oĩb⁹ virtutũ numeris adornat⁹: illuc cõmigrauerit: vbi inť cãdidas animas: nõ in gramĩe Elysio: sed in beatoꝝ circulo perpetua iam immortalitate iocundeť. Vale.

Domino Doctori Iohanni Keisersbergio.

Bohuslaus tuus Pater optime hęc dicit. Postea q̧ Asia

Africaq3 peragrata: Venecias redij: scriptis iã obsignatis q3 ad Petrũ meũ lrĩs: mors sua mihi nũciat. Quo nũcio nõ pturbat9: sed fractus omino sũ: nõ qd illius vicem magnope doleã: quippe cum quo pclare arbitror actũ: quod ab his seculi miserijs: ad celestia gaudia fœlix illa anima translata est: sed quod ipse eiusmodi amico orbatus sum: qualem neq3 hactenus habui: neq3 vnq3 ut existimo habiturus sum. Nunc autẽ vbi nuncium de ea regione vidi: rursum dolor meus renouatus est: & nescio iucundius ne mihi an acerbius fuerit: veteris nostrę familiaritatis meminisse. Parabam nescio quid ad Parentes suos scribere: sed vereor ne litteris meis eorum mœror recrudescat. Tu facito ut me ames: & quod olim a dulcissimo meo Petro persuasus faciebas: nunc sponte tua facias. De statu cõdicioneq3 mea in presencia nihil scribo: quoniã tempus non suppetit. Malui tamen inepte aliquid scribere: q3 tacere. Si autem me litteris tuis dignaberis: non solum me lętum facies: sed eciam materiam & occasionem ad tibi rescribendum dabis. Vale.

Bohuslaus de Lobkovuicz & Hassenstein dignissimo suo Patri domino Iohanni Keisersberg: Salutẽ P.D.

Acerbũ nunciũ ad te affero optime Pater. Fridericus meus Busner: qui in familia mea iam pluribus annis fuit: quiq3 mecũ p terras atq3 maria pegrinatus est: ipso die Natiuitatis Diuę Virginis extinct9 est. Id & si mihi molestissimũ est: longe tamen ppterea fit molesti9 qd matri suę integerrimę fœminę: quę se filium apud me in bono loco collocasse putabat: depositum pessima fide restitui. Sed quis diuine voluntati aduersari potest: cuius iudicia abissus multa. Afflictabatur primum lenta febri: tum vbi morbus inualescere cœpit: id quod christianũ decebat fœcit: inde adeo conualuit: ut iam omnino extra periculum positus videretur.

Nec multo post in grauiorem egritudinē reincidit: q̄ cū vehementissime eū agitari cernerē: sacerdotem ac-cersiri iussi: a q̄ postquā sacro oleo inunctus est: adeo placide & tranquille decessit: ut non mori: sed somnū cape videret. Interfui morienti: q̄d quidē mihi nunq̄ ante id tēpus cōtigit: flens gemēsq; : quia me optimo fidissimoq; comite priuari aspiciebā. Nondum dolor me⁹/quē ex interitu sanctissimi illius viri Petri Schotti cœperā: finitus erat: cuius dulcissima amicicia adeo heret herebitq; menti mee: ut inter animi pturbaciones et anxietates: eius meminisse peculiare mihi solacium sit. Ecce aūt alia calamitas secuta est: ut tot tandē casi-bus edoctus: res humanas nihil esse discam. Illi quidē ambo (ut par est credere) in cetu btōꝝ dignā pietatis & virtutis sue mercedem capiūt: ego tñ toto pectore nō angi: non dolereq; nō possum: quin eciā dum hec scribo: inuito reluctātiq; mihi lachrime p ora defluūt. & reliqua. Data die Martis post festū Natiuitatis btē Virginis Anno. M. cccc. lxxxxij.

Inter alia Iohānes Symler ad Iacobū Vuimpfe-lingium Sletstatinū sic scribit.

Occubuit fato: gēma sacerdotū: nedū tocius ciuitatis sed & diocesis Argeñ. iste quondam Magister Petrus Schottus vtriusq; Iuris Doctor. Et pfecto doctus fuit Optim⁹ quoq; latinus: Grecus atq; Theologus. Mi-rū in modū ingenio pollebat: tacitus tamen.

Iodoci Galli Rubiaceñ. Carmen Elegiacū: ad Canonicos ecclesie sancti Petri iunioris Ar-geñ. de morte Petri Schotti.

Interea vestram dum pestis atrox ferit Vrbem:
Leticiam egregij sumite queso Patres.
Gaudia consulto mox grauitate relicta:
Nunc vel grandeuis sunt toleranda viris.
Ergo hac mens nostra sit tempestate serena:

Quando metum procul hinc deposuisse iuuat.
Vosq; animo ut facitis ęquo sufferte dolorem:
Quem Petri vobis dedere Schotti.
Et si inter doctos & si fuit inter honestos:
Nec minor ingenio: nec probitate minor:
Stringantur lachrimæ/gemitus/suspiria/luctus:
Vobis sancta hominis cognita vita fuit.
Ille ut virgineum sumpsit: Domino repetenti:
Depositum soluit corporis vltro sibi.
Quid nisi crudeles statui inuideamus adepto:
Fœlici pocius congratulemus ei.

Dystichon eiusdem.

Præmia fœlicem donat bona vita soporem:
Et sequitur mortem vita beata piam.

Bohuslai Bohemi Oracio ad Argeñ. in genere demonstratiuo pro Petro Schotto Argeñ.

Nihil vtilius & comodius reipu. vestre arbitror o viri Argentineñses: q̃ eos q doctrinæ atq; virtuti ab infancia studuerũt: laudibus celebrari. Huiuscemodi eñ re nõ solũ ꝓbi meliores: & ad virtutẽ ꝓpẽsiores efficiũť: sed eciã improbi deterreñť nonnũq; a scelere: & veluti stimulř qbusdã: ad vere glře cupiditatẽ incitãť. Quod eo magis in p̃sencia mihi accidere posse videť: qa nõ de externi alicui⁹ vobisq; incogniti laude: sed de ciuis vr̃i q in hac vrbe nat⁹ est: incredibili diuĩaq; virtute dictur⁹ sũ. Nec erit necesse iuuetuti vr̃ę/aliũde virtutis exempla petere: sed coetaneũ dũtaxat suũ: cũ q̃ & alti & eruditi sũt: seq atq; imitari. Ego me hercule o viri Argentineñses: nõ magnope ĩ hac insolita mihi dicẽdi cõsuetudĩe ꝑturbor: nõ q̃ aliquã ingenij & ęloq̃ncie vim in me esse credã: verũ quia huiusmodi mihi causa oblata est: in q̃ nulli oracio dęesse posset. Quocirca audite me de laudib⁹ Petri vr̃i disserentẽ: atq; benignę audite. Nã si vnq̃ de acutissimo ingenio: singl̃ari do-

ctrina:præcipua atq; admirabili virtute audiuistis: id
ꝑfecto vobis hoc tp̄e facere licet. Petrus igitur in hac
vrbe natus est: quā in tanta vr̄a freq̄ncia o viri Argen
tinenses nō audeo dignis p̄conijs efferre: ne forte ple-
riq; vestrū me alit atq; sencio: loq̄ existimēt. Illud so-
lūmodo dixerim: hāc ciuitatē vestrā Ducib⁹/Militi-
bus/arciū p̄stancia/ingenioꝝ claritatibus/salubritate
cœli atq; tēperie/benignoꝝ ventoꝝ afflatu oīb⁹ vici-
nis gētib⁹ & nacionib⁹ antecellere atq; p̄stare. His ac-
cedit aquaꝝ copia: nemoꝝ amenitas: innocēcia fero-
rū aīaliū: fertilitas soli: pabuli vbertas: fruges: vinū.
Itaq; nō sine diuino cōsilio mihi factū videt: ut claris-
simo homini: vrbs clarissima Patria esset. Nec em̄ illo
rum sentenciā ꝓbo: qui nihil distare asserūt: q̄cunq;
loco quis nascat: nisi forsitan stultū Platonē dicere ve
limus: eo ꝙ naturę grās egit: quia Atheniensis esset &
non Thebanus. Pater Petri vir summi consilij atq; in-
dustrię: omnibus vobis notus: cuius quāta cura atq;
solicitudo in dignitate vestra tutanda & augēda semp
fuerit: nemo vestrū inscius est. Memorare possem: q̄t
labores & vigilias pertulerit: q̄t ensibus & periculis se
ꝓ salute vestra obiecerit: verū presencia eius facit: ut
modestius de eo loquar: pręsertim cū instituto nostro
nō admodū cōueniat: ut em̄ inq̄t vn⁹ ex Poetis Gen⁹
& proauos & q̄ nō fecim⁹ ip̄i: vix ea nr̄a voco. Is filio
sibi nato: nō adhibuit curā iuxta nōnulloꝝ cōsuetudi
nē: ut in delicijs nutriat: sed ut optimis artibus ornet:
illustret: excolat. Nouerat em̄ prudētissim⁹ hō nullā
capitaliorē pestē ip̄a voluptate: a natura humano ge-
neri datā: quippe cū nullū scelus sit: ad q̄d non libido
aliqua voluptatis impelleret. Sciebat illa p̄tinacius he
rere: quibus tenera rudisq; ętas inficitur: itaq; cauit in
primis: ne puer his rebus consuescat: quę sibi postea
spernēdę & cōtemnēdę essent. Atq; cum ob publicas

occupaciones: minime ea cura atq; diligencia qua cu-
piebat: puerũ educare potuisset. Tradidit eũ in disci-
plinam: grauissimo atq; integerrimo viro Iohãni Mul
ler de Rasteten: quẽ ego vnicũ honestatis specimen/
exemplar sanctimonię/speculũ virturis audeo appel
lare. Is vero extunc nullũ tempus p̃termisit: de his re-
bus/quibus puer ad doctrinã & virtutẽ institueretur
cogitandi. Erat inter eos certamen q̊ddam atq; cõten
cio amoris: præceptor eum tanq̃ filium diligebat: ille
præcœptorẽ nõ minus q̃ Parentẽ venerabat̃ & cole-
bat. Herebat assidue lateri suo: & eius sermonibus de
lectabatur: nihilq; ei absq; præcœptore iocundũ esse
poterat. Imperijs & admonicionibus suis prius quã
ęmisse forent: parere nitebatur p̱cũctabatur ab eo va-
rias questiunculas: & plus q̃ ætas ferret acutas: quo
fiebat ut quotidie illius amorẽ in se magis ac magis al
liceret. Postq̃ aũt prima rudimenta: & Grãmaticen
in patria didicerat: Parisius cũ eo ꝓfectus est. Quan
tum vero illic doctrinę breui cõsecutus fuerit: incredi
bile dictu est. Nihil in logica tam spinosum & contor
tum erat: q̊d nõ explicaret. Nihil in Phisica tam aboli
tum atq; obscurũ: q̊d nõ clarũ & manifestũ disputan-
do efficeret. Nihil in Ethica tam anceps ac inuolutũ:
q̊d nõ apertissime explanaret. Erat em̃ ei summũ in-
genium: tenacissima memoria: sermonis mira suaui-
tas. Itaq; & audita faciliter p̱cipiebat: & p̱cepta fidelit̃
retinebat: & retenta elegantissime ꝓnũciabat. Emine
bat inter equales & condiscipulos: & suo studio eos
mirabiliter incitabat: nec tamen idcirco eis minus gra
tus & iucundus erat: sed gloria ut dicitur inuidiã su-
perauit: & quãq̃ inter illos: aliquando varię simulta
tes & discordię fuissent: eum tñ om̃es nõ secus ac fra-
trem beniuolencia cõplectebantur: laudatus nũq̃ ani
mo intumuit: eos qui tardiores ingenio essent: nõ cõ

tempsit: de alterius inuento: nō minus q̄ de suo proprio gaudebat: adeoq̄ sibi eos hac sua modestia deuinxit: ut nemo his ex eo tempe carior fuerit. Quid dicam de illius gymnasij Principibus: qui oēs eum singulari affectu ꝓsequebantur: Persuaserūt eñ sibi: hanc eius preclarā indolem nō solū ipsi: sed eciam studio eorꝫ laudi & honori futuram. Itaq̄ in suam quoq̄ gloriā eum peculiariter fouebant: nihil obmittētes ex his: que ad eum erudiendū atq̄ expoliendū spectare viderētur. Quid plura: ita se gessit: ut q̄d antea inauditum fuerat: inter tot homines vita & morib⁹ ꝓrsus dispa res viuens: omnibus gratus atq̄ acceptus esset. Nihil in eo erat leue: nihil petulans: nihil immodestū: & exi stēs puer: senilem sapienciam preseferebat: nec solū q̄d lice ret: sed eciā q̄d honestū esset: aduertebat. Multa que ab illa etate nō nimium abhorrebāt: quia tamen aliquan do deserenda essent: a se penitus abdicauit. Nouera t tritū esse apud sapientes prouerbium Omīa illa que in puericia presum untur: adolescencie acquiri: idcirc o voluit animū suū: in teneris annis: his moribus imb ui: q sibi nō mo do in puericia: verū eciā in senectute vtiles e sse possent. Appropinquabat iam temp us: ut aliq̄d lu cubracionū atq̄ laborū premiū ca piat. F uisset eñ v ehe mēter iniquū: si is q ob studiū sapiēcie: vniuersis voluptatib⁹ renūciauit: nullo ꝓrsus honoris insigni decoraret: & q ob discendi cupiditatē in exilio esse: in puluere sedere: mlta aduersa pati maluit: q̄ domesticis frui delicijs: eū nullū laudis emolimentū inde reportare. Incredibili igitur volūtate atq̄ consensu omniū Magistrorꝫ decretū est: ut in dignitatē Baccalauriat⁹ eueha t. Sed ne q̄d preter ei⁹ Achademie consuetudinē agant: v arijs argumētis & his q̄dē inextricabilibus: eū adorti sunt: a q̄bus ipe adeo se argute atq̄ sub tiliter tutatus est: ut iam nō tiro in artib⁹

liberalibus: sed veteran⁹ plane & emerit⁹ videret. Itaq̃ nō solū Baccalaurius factus: sed eciā oībus nacionis sue hominibus eoꝝ grauissimo & maxīo testimonio in doctrina antelatus est. Gaudeo maiorē in modum o viri Argentinēses: q̄d equissimis animis: laudes clarissimi Adolescētis vos audire sencio. Hec em̄ benignitas vestra: summā mihi alacritatem in dicēdo affert: atq̃ spem: q̄d cetera quoq̃ placide audietis: presertim cū vos ipi sitis testes eius rei: quā narrare institui. Meministis equidē eo Parisijs degēte: q̄ fama de illius studijs atq̃ exercitacionib⁹ apud vos increbruerit: quāta laus ingenij: q̄nta morū cōmendacio erat: attamē hec oīa hominū expectacio vincebat. Quid tū postea? Nōne opinionē quoq̃ de se cōceptā: vbi reuersus est sua diuīa virtute supauit? Nōne famā ipsam: de se nimiū malignā fuisse ꝓbauit? Nōne oīa in eo meliora & p̄stanciora inuēta sunt: q̄ expectarent? Ibat p vrbē omniū oculis in se cōiectis. Ciues reliqui suos filios ad ei⁹ exemplū hortabāt. Gratulabant Patri suo: eiusq̃ fortunas vno ore laudabāt: q̄d filium tali ingenio atq̃ doctrina preditū haberet: q senectuti sue aliq̄n perfugiū & solaciū esset: q moerores suos mitigaret: q eum deniq̃ laborib⁹ magna ex parte leuaret. Ceterum ille prudētissim⁹ hō: quāq̃ p̄sencia filij admodū delectaret: plus tn̄ facere cupiēs: q̄d ex re adolescētis quā q̄d ex sua voluptate esset: statuit eum minime a studio sapiēcie: cui⁹ desiderio tātope flagraret: retrahere. Itaq̃ vix tres mēses p̄teriuerāt: & eū Bononiā alterā studiorū nutricē misit: vbi cū primo sese Poetice atq̃ Oratorie dedisset: adeo has artes celeriter arripuit: ut oēs in admiracionē sui adduceret. Nō solū equidē archanos Poetaꝝ sensus: varias historie leges: inextricabiles & tortuosas Rhetoꝝ ambages intelligebat et enarrabat: sed eciā indies elegātissima poemata componebat: &

oraciones sūmo artificio edebat. Cui⁹ rei testes sūt plerique vestrū o viri Argētinēses: in quorum manus scripta eius deuenerunt. Quali vero stilo & grauitate in scribēdo vti soleat: qs est q satis digne explicare posset? Nō illū varietas rerū cōfusū: nō simplicitas fastidiētē reddit: nec in tenui atque humili materia exanguis ac ieiunus est: in copia vero ac magnitudine nō turgescēs ac vastus exit: verū semp citra tumorē plenus: & lenis citra molliciem pmanet: nec luxuriose effluit: nec nimia sterilitate tabescit: in asperis rebus non salebrosus: nec languens in mollibus: nō violenta & coacta oraciōe subsultans: nō ita tamen copiosus: ut nimi⁹: neque ita suauis: ut lasciuus: neque adeo lenis: ut remissus: non sic tristis: ut horridus: neque ita simplex: ut nudus: nec ita comptus: ut affectasse composicionem videret: par verbis materie: par sentencijs rebus. Dies me pfecto deficeret: si omes oracionū suarū virtutes enumerare vellem. Quid de versibus suis loquar: in quibus modo remotas inuenciones: modo carminis ælegànciam atque suauitatem: modo fabulas atque historias reconditas admirari licet? Idque in omni ferme poematū genere. Non solū enim Heroico sed eciam Elego Liricoque versu plurima cecinit: ex quibus nōnulla ad me pscripsit. Et quanque pro summa eius in me humanitate: inumera ab eo beneficia susceperim: illud tamen præcipuum existimauerim: quod me dignum arbitratus est: quem suo Carmine celebraret. Videor equidem mihi per eum immortalitati esse cōsecratus Quid de Græcis Litteris loquar? In quibus: nihil saltem ex his quæ ad Latinarum cognicionem pertinent: ignorat. O magna fœcunditas Animi: quæ tot res diuersas: uno tempore: comprehendere atque assequi potuit. Cōtulit se demū ad ius Ciuile. At dij boni

q feruore: qua cupiditate: ut vnusquisq facile cõijce-
re potuerit: eũ ad summũ legũ apicem euestigio puẽ-
turum. Alij ocium sibi datũ: in fabulis/alea/& spec-
taculis cõsumebant: & nũc ludo atq dæambulacioni
bus: nunc conuiuijs et cæteris voluptatibus tempus
trahebant: hic semp inter libros versabať: hi sibi solaci
um: hi oĩm curarũ atq solicitudinũ lenimẽ erant. Sci-
ebat videlicet tempus rem irrecupabilem esse: atq id-
circo nõ in vanitatibus et illecebris: sed in optimis po
cius artibus illud cõterebat. Quibus studijs hoc cõse
cutus est: ut nullũ enigma in iure Ciuili esset tã obscu
rum: nullus nodus tam implicitus: quẽ non solueret.
Quid de suis assiduis exercitacioĩbus loquar: quip-
pe q nec cõuiuia ab huiusmodi disciplinis vacare pas-
sus est: semp aliqd siue in Poetica siue in legib9 ppo-
nebat. Audiebat alios libẽter: placideq illis responde
bat. Recte dicta: gratissimo animo suscipiebat: praua
nõ acriter refutabat: disputãtes cõtra se: docere pocius
q vincere nitebať. Malebat aliena verecũde discere: q
sua impudẽter ingerere: neq id ob auiditatẽ popula-
ris auræ: & ostentacionẽ: sed ob edificacionẽ sui facie-
bat nam huiuscemodi artes: p exerciciũ mirũ incremẽ
tũ capiũt. Cęterũ qnto magis ęrudicioĩs gloriã decli-
nabat: tãto ęrudicior habebať: nec eĩn splẽdor diu la-
tere potest: quin sua claritate prodať. Cõcurrebant ad
eũ oĩs familiares sui: nũc qua oracione vtendum sit
querentes: nũc qbus argumẽtis aliqs oppugnãdus sit
inuestigãtes: & oĩa dicta eius tãq Apollinis oracu-
la obseruabant: nec vnq cũ eo collocuti sint: quin do
ctiores recederẽt. Incubuit postremo Iuri pontificio:
scilicet ut non solũ ea quę ad diuicias atq opes conse-
quendas: sed eciã que ad animam saluandã ptinerẽt:
edisceret. Esset eĩn extreme demencię: ob has fluxas
& caducas res tot labores ferre: atq ob illud ęternum

immortaleq̃ gaudium nihil agere. Itaq̃ multo studio sius & diligencius q̃ antea fœcerat: huic sciencię operam dabat: & tanto celerius eo: quo tendebat peruenit: hoc est: ad archana ipsa & penetralia Iuris canonici: quę adeo callet: ut nulli alteri sciencię studuisse videatur: in his vero quę prius didicit: adeo detritus est: ut vix credi posset eum Canones vnq̃ attigisse: ex quo profecto licet vobis: magnitudinem eius ingenij atq̃ memorie cognoscere. Non possum hoc loco viri Argentinēses: quin illorum insaniam coarguam: qui negant hominem in his omnibus consumatum: & perfectum fieri posse: Quinimo inquiunt: pocius in nulla prorsus sciencia plene quis erudiri atq̃ instituí potest: qui se tot inuoluit atq̃ implicat. Sed dicite queso boni viri: quę nam ars Helio hippio defuit? qui non modo liberalium disciplinarum scienciam presetulit: sed vestem/annum/& crepidas: quę manu sua fœcerat: in vsu habuit: atq̃ ita se præparauit: ne cuius alterius ope indigeret. Gorgias quoq̃: querere auditores de quacunq̃ re vellent iubebat: nec dubitauit: profiteri se ad omnia responsurum. In qua tandem arte litteris digna Plato nō excelluit? Quid Aristoteles? qui non solum ea quę ad Philosophos atq̃ Oratores pertinent complexus est: sed animalium satorumq̃ naturas omnes perquisiuit. Cato censorius / idem Orator / idem historię conditor: idem Iuris/idem rerum rusticarum peritissimus fuit: inter tot operas milicię: tantas domi contenciones: rudi sęculo / litteras gręcas: ætate iam declinata didicit: ut esset hominibus documento: ea quoq̃ percipi posse quę senes concupissent. Quę tandem doctrina Varroni a Tullio incognita fuit? Quod si illi/quibus hęc inuenienda erant: id consequi potuerunt: cur nobis

id non liceat: quibus docendis: priores elaborarunt: ut illorum dumtaxat inuenta nobis cognoſcẽda ſint? Habent profecto omnes huiuſmodi artes: vinculum quoddam inter ſe atq; cognacionem: ut vix vna ſine altera cohereat. Silete ergo aliquando ſtultiſſimi homines: & deſinite huius diuinum acumen / ingenij veſtri terminis metiri: & pocius peritiſſimorum: atq; grauiſſimorum virorum auctoritati: qui eum in ampliſſimam dignitatem Doctoratus extulerunt: q̃ veſtro iudicio ãcquieſcite. Dixi pro tempore quidem multa: pro rei autem qualitate nimium pauca de ſtudio & doctrina ſua: nunc aliqua de moribus eius mihi recenſenda ſunt. Quid enim de incredibili eius in Deum immortalem religione: quid de pietate in Parentes & Sorores loquar? quos omnes adeo colit atq; obſeruat: ut ne minimo quidem verbo eos vnq̃ offenderit: nunquã cum eis in graciam redierit: nunquã cum Sororibus in aliqua ſimultate fuerit. Equidem nephas ducit his iraſci: quos amare deberet: nec id a natura ſolum: ſed a doctrina eciam habet: nam præcœpta Philoſophorum ita memoria tenet: ut his non ad oſtentacionem: ſed ad vitæ cultum vtatur. Quid dicam de ſua in Amicos obſeruancia: quos adeo ſibi moribus ſuis obligauit: ut haud facile diſcernas: plus ne eum ament: an venerentur? Ita equidem comitate ſęueritatem: ita facilitate grauitatem temperauit: ut optime cuiq; merito cariſſimus eſſet. Quæ vero ſit eius tum in omni vita: tum precipuę in cibo et potu moderacio: vel ex eo apparet: quod in Italia / vbi eciam indigenę quandoq; aeris intemperanciam vix tolerant: adeo proſpera valitudine vſus ſit: ut nunq̃ ęgrotauerit: nunq̃ aliquo corporis dolo-

re affectus fuerit. Quid de sua prudencia: & in rebus agendis industria loquar? quę tanta est: ut nihil eum fugiat ex his: quę ad vitę humanę institucionem atque gubernacionem pertinent. Nouerat enim erubescendum his esse: qui ita se litteris abdunt: ut nihil afferre ad vtilitatem publicam: aut velint aut sciant: quocirca non solum litteras: sed eciam hominum negocia et cōsuetudines (sine quibus litterę modici fructus sūt) sibi perdiscendas existimauit. Quid nunc de sua reliqua integerrima vita: singulari modestia: summa fide: continencia innocenciaque referam? dies me profecto deficiet: si singula persequi voluero. Equidem viri Argentinenses: quamque multa legerim: multa audiuerim: non nulla eciam viderim: nunque tamen aliquē hac ętate his disciplinis ornatū: his moribus preditum: his virtutibus delibutum cognoui. Que cū ita sint viri Argentinenses: non in vltimis laudum ciuitatis vestrę iudicate: quod hunc ciuem peperit: si eñ aliquę vrbes virum in vna re excellentem genuisse: magnum quid arbitrantur: quid huic faciendum erit: quę hunc virum in omni doctrina eminentem genuit? Quod si ob virtutem & probitatē eos sepe quos nunque vidistis diligere cogimini: hunc quē p̄sentē intuemini: cuius mentem sensusque & os cernitis: quibus laudibus extolletis: quibus studijs prosequemini qua beniuolencia complectemini?

Ade Vuernheri Temarensis Exhortacio ad
Clerum ut horas Canonicas nō negligat.

Placatum quicunq; Deum tibi Clerice queris:
Horas septenas murmure funde pio.
Qui iam dissimulat: olim duram racionem
Exiget: ast nullo fallitur asse Deus.
Quā misere ipse lues neglecta: luenda memento:
Prouidus & Domino debita solue tuo.
Tempore redde suo que debes. Absit ut vnquā
Te retrahat (vehemens sit licet) ipse labor.
Sic ad vota tibi succedent prospera cuncta:
Et nunc & gelidum quū tibi corpus eris.
Horrisonoq; tubę: nihilum clangore pauesces:
Sed venies lętus Iudicis ante thronum.

Prouerbium vetus.

Puluere qui ledit: scribit. Sed marmore: lesus.
Der geschmecht vuirdt / nit bald vergisst.
Des sich der Schmæher nit vermisst.

Distichon Iacobi Vuimphelingi
Sletstatini.

Fœlix Plebanus: fœlixq; Parochia: sub quā
Nec Naam / Abraam / nec Sem / nec viuit Helias.

Per Naam intellige Leprosum. Per Abraam Iudeum. Per Sem officiatos & potentes huius sęculi. Per Heliam monacum.

In Opuscula Petri Schotti Argeñ. Conclusio Iacobi Vuimphelingij Sletstatini: ad omnes Heluecios: id est Alsaticos: præsertim Argẽtinenses optimarꝝ litterarꝝ studiosos.

Pauca hæc ex multis Petri Schotti lucubraciunculis: ne despicias beniuole lector. Longe eñ plura ex eius officina ꝓdierũt: quæ vel in vrbe Roma: vel apud Parisios / eorꝝ ad q̃s scripsit incuria periere. Et hęc quidẽ iuuenis: annos nondũ tres & triginta natus ꝑscripsit: quid autẽ futurũ fuisset: ex his paucis coniectare potes: q̃ꝫ mira / q̃ꝫ ineffabilia / post tot auditas Iohannis Keisersbergij doctrinas: post tot ꝑspecta latinorꝝ gręcorũq̃ꝫ volumĩa: quę vel interim impssa: vel post hac imprimenda sũt scriptitaturũ existimas Petrũ: si sexagesimũ illi annũ attingere datũ fuisset. Nimirũ & vrbẽ Argentinã: ac vniuersam Patriã nostrã illustrasset beatioremq̃ꝫ reddidisset: quã uis non nihil ad decorẽ t̃re nostrę mihi videat̃ attinere: tam suauis Epłarꝝ suarũ elegancia: quas nescio si Tullianis iudicare debeã inferiores. Opusculũ aũt suũ de vita Christiana: q̃s nõ admiret̃: Quale si int̃ elęgãcia scripta Lactãcij: int̃ amena volumĩa Hieronimi: int̃ exacta oꝑa diui Augustini vnq̃ꝫ inuẽtũ fuisset: q̃s nã dubitaret quẽcũq̃ꝫ horꝝ triũ istarꝝ sñiarꝝ & v̈borꝝ fuisse autorẽ: De morib⁹ eius & animi virtutibus q̃d dicã: tu ipe cognoscere potes ex Epłis ei⁹: q̃ꝫ pie obseruarit Parẽtes: q̃nto sacrarũ lr̃arꝝ ardore flagrauerit: q̃ꝫ enixe ad timorẽ Domini: ad vitã christianã: ad tumultuarios curie Romanę amfract⁹ fugiẽdos: ad pluralitatẽ Bñficiorꝝ cauẽdã pl̃imos adhortat⁹ sit. Neq̃ꝫ eũ tã sincere: tã efficacit̃: & i Epł̃is & in vita christiana: sanctã morũ honestatẽ cęteris ꝑsuadere potuisse crediderim: si nõ ipse prius in animo & affectu suo: singularẽ Dei caritatẽ: & ꝓfundã quandã oĩs boni: amorosãq̃ꝫ degustacionẽ medullitus fuisset

expert⁹. Tāta em̄ v̄boꝝ pietas: tāta vis eloq̄ncię: tāta argumētoꝝ dulcedo: tam penetratiua sermōis viuacitas: ab arido / ieiuno / frigido pectore ꝓficisci: nequaq̄ potuissent. Quo factū est: ut sanctā suā innocentēq̄ & pudicā vitā: mors sctā & in cōspectu Dn̄i p̄ciosa sit ꝓculdubio cōsecuta. Beatam ego hac prole dijudico Argētinā: & mlto beatiorē: si plures hoc ingenio: ea eloq̄ncia: hac honestate filios sit habitura: q̄ rēpublicā tum vrbanā: tū ecclesiasticā / suo studio: sua doctrina: suis cōsilijs iuuare: illustrare: extollere: ꝑpetuāq̄ eius libertatē cōseruare molirent̄. Vos itaq̄ gentiles meos Heluecios: hoc est Alsaticos exhortor: vos āt p̄cipue O Argētinēses adolescētulos moneo: & efflagito: ut cōterranei gētilis: cōciuisq̄ v̄ri suauissima monumēta legatis: atq̄ exemplo Petri Schotti: p̄claris v̄tutib⁹ opam detis. Om̄e animi viciū: omnē fame maculam: omnē rogo turpitudinē cauete. Omnē fastum: ambicionē: arrogācia: vanā gloriā: iactācia: aliorūq̄ contēptū abijcite. In prudēcia cęterisq̄ v̄tutib⁹: & l̄raꝝ monumētis vitę v̄rę claritatē disquirite: moꝝ grauitatem & sermonis modestiā amatote. Quicq̄d i verbis aut gestib⁹: vanitatē & sup̄biā quoquo mō p̄sefert: ab eo tāq̄ a veneno abhorrete. Spem in diuicijs (q̄ facile eripiunt̄) nequaq̄ collocate. Vidim⁹ mltos paterna nup̄ hereditate locupletatos: paulo post siue aduersa fortuna: siue ingluuie / ludo / lasciuia / ocio / & rerū suaꝝ negligēcia: in miseriā redactos: alioꝝ iā seruos esse: aliorū mēsas cū pudore accedere: stipē petere: misere vagari p terras. Plerosq̄ trutannos: plerosq̄ satellites & pedites castra seq̄: ne dicā furto / latrocinio / dep̄dacōe famē ꝓpellere. Id ne vobis cōtingat: q̄ntūuis v̄ri Parētes abundēt: ꝓ sup̄bia / hūilitatē: ꝓ furore / māsuetudinē: ꝓ iactācia & vanitate / fortune instabilitatē: ꝓ incerta spe diuiciaꝝ / certā spem virtutū & sapiēcię: ꝓ fa

stūdioso ocio/lrarum feruorē: pro ludo/historiarum lectionē pro ingluuie & cōuiuijs/honesta studiosorum consorcia: pro ostētacione/frugalitatē assumite: induite: sectamini. Sic apud exteros: apud Principes: in cōuentu ciuitatū: corā quibuslibet Oratoribus vobis ipsis gloriā: Amicis voluptatē: & reipublice Argentinēsi incremētum & honorē afferetis sempiternū.

Vale candide Lector.

Impressa a Martino Schotto Ciue Argen. Sexto Nonas Octobres Anno Christi. M. CCCC. LXXXXVIII.

Quod minus est supple: qd plus abrade: qd hirtum
Come: quod obscurum declara: quod viciosum
Emenda: a curis istis sint omnia sana.

PETRVS SCHOTTVS



Registrũ operis.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0009309

SCHOTTUS

